BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
D
44
NAPOLI

2-44-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by

NVLLITAS INIQVITASQVE
REUNIONIS ALSATICÆ.

SIVE

REVISIO ACTORUM PRÆPARATORIA,

DEMONSTRANS:

GALLOS SUPREMUM IMPERIUM *TERRITORIALE*

NON MAGIS IN

DECEM CIVITATES
IMPERIALES UNITAS,

QUAM IN

RELIQUOS PER UTRAMQUE ALSATIAM ROMANO IMPERIO IMMEDIATE SUBJECTOS ORDINES,

IN §. TENEATUR INSTRUMENTI PACIS MONASTERIENSIS NOMINATOS,

ILLO PROPRIETATIS POSSESSIONISVE JURE,

LLO PACIS, SIVE MONASTERIENSIS, SIVE NOVIOMAGENSIS, SIVE RYSVICENSIS, TITULO,

CESSUM,

DEM SOLO *ARMORUM REUNIONISVE* FACTO,

OCCUPATUM,

HACTENUS TENUISSE.

INSERTA VEL ADJUNCTA SUNT DOCUMENTA PUBLICA PRÆCIPUA RERUM IN CAUSA HAC GESTARUM.

ANNO M. DCC. IIX.

Digitized by Google

DEUS,
Omnium fortiſſimus, inter-
pretabitur.

Digitized by Google

SYNOPSIS CAPITUM.

Cap. I.

Actum ſive Epitome rerum in cauſa hac geſtarum. Civitatum X. Alſatiæ Unitarum Immedietas & Libertas Imperialis. Earundem reſpectus erga Land-Vogtejam Imperialem ſive Præfecturam Provincialem Hagenovienſem. Præfecturæ ejusdem Origo & ...ura. Earundem Civitatum Exemptio à Landgraviatu Alſatiæ. ...sdem Landgraviatus Genus. Status Controverſiæ.

Cap. II.

Upremum Imperium Territoriale *in X. Civitates Alſatiæ Unitas Gallis nullo proprietatis poſſeſſionisve jure per Pacem Moerienſem competere. Paragraphorum Inſtrumenti Pacis ejusdem, ...ſam Alſaticam concernentium, Explicatio. Arreſtorum à Con... Supremo Alſatico Anno 1680. latorum Refutatio. Landgra...us Alſatiæ ab ipſa Alſatia, ſive à Territorio Alſatiæ, Præfe...a Provincialis Hagenovienſis in X. Civitates Alſatiæ ab ipſis*

)(2 Civi-

Civitatibus, ſive à Territorio earundem, diſcrimen. Utriusque Landgraviatus, ſcil. Superioris & Inferioris Alſatiæ, Jura & Munera diverſa.

Cap. III.

IDem Supremum Imperium Territoriale eosdem Gallos nullo Proprietatis Poſſeſſionisve Jure per Pacem Noviomagenſem ceſſum tenuiſſe. Omiſſionem litis temporalem ſeu ſuſpenſivam dilatoriamve cum Renunciatione deciſoria non eſſe confundendam.

Cap. IV.

IDem Supremum Imperium Territoriale eosdem Gallos nullo proprietatis poſſeſſionisve jure per Pacem Ryſwicenſem ceſſum tenuiſſe. Explicatio Clauſulæ, Verbis: Quæ extra Alſatiam ſita; concepta, Artic. 4. ejusdem Pacis inſertæ. Non caſſationis, ſeu non-Infirmationis, à Confirmatione differentia.

Cap. Ult.

IDem Supremum Imperium Territoriale in easdem Civitates Gallos ſolo Armorum Reunionisve facto occupatum hactenus tenuiſſe. Tolerantiæ detinendi uſurpandive, ſive patientiæ poſſeſſionis improbativæ, à Ceſſione tacita diſcrimen.

PRÆ-

PRÆFATIO.

POſteaquam *Anno* Seculi proximè elapſi *octuageſimo* Conſilium Supremum Alſatiæ, quod tum temporis, auctoritate Regis Chriſtianiſſimi, Briſaaci congrediebatur, ompoſitis promulgatisque duobus *Arreſtis*, ltero *die* 22. *Martii*, altero *die* 9. *Auguſti*, itis, Coronam Galliæ, prætextu Ceſſionis idem per Pacem Weſtphalicam factæ, in oſſeſſionem utriusque, tam Superioris, uam Inferioris, Alſatiæ, novo *Reunionis* omine exemploque ſecundum *Adjuncta ſub umeris* 59. & 60. miſiſſet, ipſumque Conſiım Status Regii per ſubſecutum Arreſtum *Anno eodem die* 3. *Menſis Octobris* latum eanm Immiſſionem, docente Adjuncto *ſub umero* 61. confirmaſſet; Status Imperii Ro-

Romano - Germanici deſuper apud eundem Regem, ſcriptis in rem Imperii *Literis de die* 27. *Julii ejusdem Anni, ſub Numero* 63. *adjunctis*, opportunè conqueſti ſunt. Rex Chriſtianiſſimus in Reſponſo ſuo *de die* $\frac{\textit{2. Novembris}}{\textit{23. Octobris}}$ *ejusdem Anni* primum Acta *Reunionis* ejusdem propugnavit, denique Statibus Imperii *Reviſionem* eorundem obtulit. Videatur *Adjunctum ſub Numero* 64. Statibus quidem Reviſio Actorum, de quibus quæritur, non diſplicuit, dummodo talis, qualis Regulis Juris Gentium conformis eſt, hoc eſt, quæ à Viris non ſuſpectis, ab utraque parte conſtitutis, nec duplicem Perſonam agentibus, quæque non eodem, quo ipſa Reunio, *Nullitatis Iniquitatisque* vitio laboraret, ſuſciperetur: Potius tamen *Arbitrium*, ſi non Tractatus *Compoſitionis* cujusdam *Amicalis*, arriſerunt. Videatur *Eorundem* ad Literas Regias *ulterius Reſponſum* de *die* 7. *Februarii* 1681. inter *Adjuncta ſub Numero* 65. conſpicuum.

Quos

Quos cum boni Ordines Alſatiæ in
nunc diem uſque fruſtra ſuſpiraſ-
ſent, neque occaſione Conſilii de
Pace & Bello Francofurtani de
Anno 1682. neque per Tractatus
Pacis Ryſvicenſis de Anno 1697.
Voti ſui compotes facti, quippe
e etiamnum indeciſa; Nemo
autem dubitet, quin Cauſa Al-
ſatica imminentibus Pacis pro-
ximæ, utinam perpetuæ, Tracta-
tibus tandem juſtum eventum na-
ctura ſit: Auctor Scriptionis hu-
jus quam exiguæ non fruſtra, ſed
Bono Publico, operam ſuam ſe im-
pen-

pendiſſe, exiſtimavit, quod, in for-
"ma Reviſionis Actorum præ-
"paratoriæ, Laboribus eorum,
ad quos ea res deciſivè pertinebit,
qualitercunque ſubvenire conatus
eſt. DEUS faxit!

Caput I.

Digitized by Google

Caput I.

[F]actum ſive Epitome rerum in cauſa hac geſtarum. Civitatum X. Alſatiæ unitarum Immedietas & Libertas Imperialis. Earundem reſpectus erga Land-Vogtejam Imperialem ſive Præfecturam Provincialem Hagenovienſem. Præfecturæ ejusdem Origo & Natura. Earundem Civitatum exemptio à Landgraviatu Alſatiæ. Ejusdem Landgraviatus Genus. Status controverſiæ.

§. I.

DEcem Civitates Imperiales Alſatiæ unitas ab iis temporibus, quibus eadem Provincia Imperio Germanico adjuncta fuit, Jure Immedietatis gaviſas eſſe, eodemque modo, quo alii Status ejusdem Imperii & Provinciæ, Jura Territorialia ſive Superioritatem & Imperium autocraticum inde à pluribus ſeculis habuiſſe, atque, non obſtante Jure Advocatiæ Imperialis, ſpecialis, ſive extraordinariæ (Germ. Reichs-Land-Vogtey) quam poſteriori ætate agnoverunt, conſervaſſe, denique *usque ad Tractatus Pacis Weſtphalicæ* in poſſeſſione vel quaſi Immedietatis Libertatisque Civitatum, conſequenter Statuum, Imperii Germanici

Status X. Civitatū Alſatiæ unit. ante tractatus Pacis Monaſter.

nici

nici non interrupta immemorialique fuiſſe, extra controverſiam conſtituitur, argumento exercitii Seſſionis & Voti Comitialis, Contributionum, cum Imperialium tum Circularium, poteſtatis Legiſlatoriæ Territorialis, Juris Legationis, Fœderum, &c. denique Provocationis ad ſuprema Imperii Dicaſteria, infertur, ex Conſtitutionibus & Actis ejusdem Imperii Comitialibus conſtat, atque ex Declaratione Statuum Imperii & Literis ad Regem Chriſtianiſſimum intra Tractatus Pacis Monaſterienſis emiſſis, imò ex ipſis Tabulis ejusdem Pacis §. *Teneatur.* manifeſtum eſt. Iisdem Civitatibus quidem nullum Principis vel Epiſcopi Imperium, nullam Landgraviorum ſive Judicum Provincialium Jurisdictionem, ſolummodo verò Imperatoris & Imperii Germ. Protectionem quandam ſpecialem ſeu extraordinariam, per Advocatos Imperiales ab ipſis Clientibus ſub lege mutuæ jurataeque fidelitatis ultro rogatos petitosque, nomine *Land-Vogteja Imperialis* ſive *Præfecturæ Provincialis Hagenovienſis*, adgnoſcentibus, Jure tamen Civitatum Immediatarum liberarumque, conſequenter Statuum Imperii Germanici, cum Protectione ea (omnis plane Imperialis *pignoris antichreſiosque*, nec non *tranſitus ad heredes*, multo magis *alienæ ſuperioritatis* experte) prorſus compatibili, conſtanter fruentibus: ut vel ex formula ſubſcriptionis Conſtitutionum & Receſſuum Imperii à primis fere uſque ad ultimas apparet, e. g. ex OrdinationeRegimenti & R. I. de An. 1521. ubi ne quidem Præfecturæ Hagenovienſis ulla ſit mentio, ut ſimiliter in R. I. de An. 1527. Porro ex R. I. de An. 1529. ibi: Auch von wegen der Städt der Land-Vogtey. ex R. I. de An. 1530. ibi: mit Befehl gemeiner Städt der Land-Vogtey Hagenau. ex R. I. de An. 1532. ibi: Hagenau mit Befehl der andern Städt in die Land-Vogtey Hagenau im untern Elſaß gehörig R. I. de An. 1541. ibi: mit Befehl der andern Stätt/die in die Land-Vogtey Hagenau gehörig. R. I. de An. 1544. ibi: mit

Be-

Befelch aller andern Srädt der Land-Vogtey Hagenau.
:x ſequentibus, ibi: Mit ſammt den Srädten in die Land-Vogtey Hagenau gehörig R. I. de An. 1603. ibi: Hagenau ind andre Srädt in die Land-Vogtey Hagenau gehörig. l.I. de An. 1613. ſimiliter. Donec poſt Tractatus & Concluſum Pacis Weſtphalicæ, hujusque Actis & menti conformi-er, in R. I. noviſſimo de An. 1654. mutata priori Formula ;laneque omiſſo reſpectu præfecturæ Hagenovienſis, von vegen der Zehen Elſäßiſchen Reichs-Verein-Srädten 2c. criberetur.

§. II. Cum enim utraque Alſatia inde à primis tem-oribus, quibus Imperio Germanico adjuncta fuit, usque d Seculum XIII. natura & jure terrarum Imperii immedia-ırum gauderet, nulliusque vel Principis vel Epiſcopi Im-erio regeretur, ſolam Imperatorum & Imperii Germanici rotectionem tutelamque agnoſcens, conf. Coccej. *jur. publ. rud: c. 5. ſect. 2. §. 39.* Nec alio ſtatu, quam Liberorum im-ıediatorumque Imperii Membrorum, ſimiliter decem no-træ Civitates, partim in ſuperiori partim in inferiori Alſa-a ſitæ, eſſent cenſerenturque, imò à Juriſdictione quoque .andgraviorum ſeu Judicum Provincialium exemptæ eſſent; irca initium ejusdem Seculi factum traditur, ut cum reli-ua Alſatia æque ac eædem Civitates fortunam priori quie-e adverſam experiri inciperent, membrorum Alſatiæ alia :parata, alia diverſo numero conjuncta ab Imperatoribus ræfectos Imperii (Germ. Land-Vögte) obtinerent, do-ec (ſalva præfectura Imperii in alia Membra Alſatiæ) cum irca tempora Ludovici IV. vel Caroli IV. Civitates noſtræ edere contracto ea forma Præfecturæ Provincialis, qua empore Pacis Monaſterienſis fuerunt, unirentur, vid. Ul-c. Obrechti *Prodrom. rer. Alſatic. cap. ult.* tum iisdem tempo-ibus Pagi ultra 40. in diſtrictu Hagenoæ fere vicino ſiti Im-erio ſimiliter immediate ſubjecti Civitatique Hagenoæ

 au-

Digitized by Google

auctoritate Imperatoria conjuncti, eosdem Præfectos agnoſcerent, vid. Num. 11. inter quos Clientes cum Hagenovienſes præcipuè eminerent, ſedemque præfectis darent, Protectioni Provinciali in has X. Civitates dictosque Pagos nomen Præfecturæ Hagenovienſis adgnatum eſſe videtur. Siquidem ſuperior inferiorque Alſatia, tanquam Provincia pluribus extraneis Principatibus & Regionibus contermina tam à quibusdam vicinis Principibus & Dominis, ex Burgundia, Lotharingia, Auſtraſia, & ſimilibus, quam ab Epiſcopis in ipſa Alſatia & Suntgovia, puta Argentorati, Baſileæ, reſidentibus, aliiſque Magnatibus &c. partim imprudenter & fortuito, partim ex propoſito doloque malo, ante, intra, & poſt tempora Regiminis Imperatoris Friderici Secundi glorioſiſſimæ memoriæ, inprimis vero Anno 1228. ab Epiſcopo Argentoratenſi & Comitibus Veredenſibus, paulò poſt ab eodem Epiſcopo Argentinenſi & Comite Dieterico Montisbelgardenſi Anno 1234. occaſione mutuarum diffidationum impetebatur: Ideòque eo alioque modo, quo Jus Manuarium impunè viguit, præcipuè etiam Anno 1256. in Alſatia omnia extremæ ruinæ & deſolationi expoſita fuerant: Cum Civitatibus X. Alſatiæ, de quibus ſermo eſt, protectioni defenſionique ſuæ proprio Marte invalidis inſufficientibusque, & ob hoc ad Auguſtos Imperatores Regesque ſuos recurrentibus, eorumque protectionem tutelam & auxilium humillime implorantibus, ad preces ſuas id obtingeret concederetürque, ut tam ante quam à Friderico Secundo aliiſque inſecutis Imperatoribus Regibusque Germanorum reſpectivè ſingulis, &, diverſo tamen numero, conjunctis, ſucceſſivo quodam modo conſtitutione certorum Præfectorum Provincialium (Germ. Land-Vögten oder Pflegern des Reichs / ut ſe ipſos inprimis in Literis Reverſalibus nuncuparunt) ſibi pro conſervatione ſui Imperiique clementiſſime provideretur ſubveniretúrque, donec ſuc-

ſucceſſu temporis, cum præfecti Provinciales ſingulis membris Alſatiæ graves injuriique exiſterent, Decem Civitates noſtræ ſuæ Imperiique ſecuritatis causâ Anno 1297. ut fœdere contracto ſe unirent, moverentur querelasque ſuas deſuper loco congruo ederent, eaque ratione efficerent, ut glorioſiſſimæ memoriæ Imperatores Regesque præcavendæ ulteriori periculoſæ uſurpationi, promovendæque ampliori protectioni earundem Civitatum Imperialium, nec non ad occurrendum ſiniſtræ opinioni, quaſi Imperii Immedietati pedetentim eximerentur ſenſimque aliis ſingularibus extraneisque potentiis cederentur alienarenturque; vel etiam per Præfectos Imperii Provinciales Superiores Inferioresque Jus protectionis eis ab Imperatoribus demandatum ultra modum extenderetur, poſteaque pro jure ſuperioritatis territorialis extra Imperii reſpectum venditaretur, ex Cæſarea Providentia & Amore officioque verè paterno prudentiſſimè curarint, ut non ſolum ipſi Auguſti Principes per conceſſa reſcripta, literas reverſales & confirmatorias, fidem ſuam adſtrinxerint, nominatas Civitates Imperiales in ſtatu liberarum immediatarumque Imperii Civitatum Privilegiorumque manutenendi, easdem in Societate Imperatoris & Imperii inmutabiliter conſervandi, ab Imperio Germanico neque alienandi neque oppignorandi, verum etiam, ut eædem per Illuſtres Protectores & Præfectos (Germ. Schutz-Herren und Pflegern oder Land-Vögten) nomine Imperii protegerentur defenderenturque, nec hi in poſterum ſine reciproca fidelitate pro lubitu dominarentur, ſed in adminiſtratione præfecturæ demandatæ poſt legitimam introductionem & præſentationem, certas præmeditatas & ſigillatas *literas Reverſales* Civitatibus extraderent, easdem obteſtatione jurata confirmarent & vigore earundem, *easdem Civitates in Privilegiis, Juribus, Obſervantiis, Conſuetudinibus & Diplomatibus ab Imperatoribus & Legibus obtentis tuendi manute-*

An. 1331. usque 1647. *nendique nullaque ratione transgrediendi, easdemque, tanquam fideles præfectis Imperii bona fide defendendi, ſimiliter easdem Civitates Imperiales vel earum Steuras Civitatenſes (Germ.* **Stadt-Steuren**) *& officium præfecturæ nemini unquam cedendi oppignorandi, alienandi, nec Imperio eximendi; Sed eandem præfecturam à Sacra Cæſarea Majeſtate Sacrique Imperii nomine, atque ut Imperatoris & Imperii Præfecti Superiores detinendi, adminiſtrandi, defendendi, protegendique contra omnem Injuriam & vim tuendi, denique Annuas Steuras Civitatenſes & officium præfecturæ ſ. præfecturam cum Appertinentiis ſuis penes Imperium Germanicum cum ſuis gratiis, Juribus, Pactis, Literis ſigillatis traditis inventisque, & quod Civitates eædem Præfecto ſuperiori ſub fide mutua non in forma pignoris (nedum juris hæreditarii vel ſuperioritatis territorialis) juraverint &c. nec hypothecatas oppignoratasque relinquere*, vi contractus obligationisque juratæ obſtricti eſſe deberent. Quemadmodum hæc omnia amplius ex Reſcriptis Imperatoriis & literis Reverſalibus à Præfectis jurato editis ab An. 1331. usque ad An. 1631. nec minus ex aliis pluribus tam à Sereniſſima Domo Archiducali Auſtriæ, quam ab Electorali Palatina, aliisque Principibus Imperii conceſſis jurejurandoque corroboratis literis, videre eſt: N. 1. usque 5. N. 10. 11. N. 13. usque 26. Conferantur Adjuncta ſub Num. 1. usque 5. incluſivè Item ſub Num. 10. 11. nec non ſub Num. 13. usque 26. incluſivè. Quibus conſequenter verum apparet, quod hæc præfectura Provincialis Imperialis ſuperior Hagenovenſis (Germ. **Reichs Ober-Land-Vogtey Hagenau**) à Sereniſſimis Domibus Principalibus, & quidem Archiducali Auſtriaca 115. ab Electorali Palatina 151. à Ducali Lutzelburgica 7. Item à pluribus Imperatoribus, qui eam præfecturam ſuis Sacratiſſimis Sacrique Imperii manibus vindicarunt, 27. annos, conſequenter usque ad obitum Archiducis Leopoldi Auſtriaci glorioſiſſimæ memoriæ ſucceſſivo, ſed interrupto, ordine trecentos annos nomine Imperii, hujus & earundem Civitatum

tum conſervationis causa, ſecundum ſanċte præſtita juramenta immortali cum gloria adminiſtrata fuerit. Quibus temporibus Civitates noſtræ, cum eandem præfecturam Provincialem, *ut Advocatiam extraordinariam, conventionalem, adminiſtratoriam & quidem Perſonalem, nullo Præfectis pignoratitio antichreticove vel etiam hæreditario Jure, multo minus Superioritate territoriali, conceſſam* agnoviſſent, tam firmiter in priſtino Immedietatis, Libertatis Privilegiorumque ſtatu ſteterunt, ut etiam uno alterove præfectorum in formulis reciprocæ fidelitatis novum ſtylum affectante, eædem contra eosdem in contradictorio obtinerent: prout ſolidè ab Auctore Summariſcher jedoch gründlicher Außführung des Heil. Röm. Reichs Land-Vogtey Hagenau rc. de Anno 1647. nec non ab Auctore Scripti Gallici, cui Titulus: *Information ſommaire & hiſtorique touchant les dix Villes Imperiales en Alſace, & cela au regard de la præfecture Provinciale de Hagenuenau le 24. d' Aouſt 1697.* deductum eſt. An. 1531. usque 1647.

§. III. Sicut autem X. Civitates noſtræ, non obſtante, quod præfecturam Provincialem Hagenovienſem agnoverunt, tamen jure conſtantis & perpetuæ immedietatis & libertatis Imperialis gaviſæ ſunt, ita eædem, non obſtantibus variis Alſatiæ Magiſtratibus, nunquam ullum Principis vel Epiſcopi Imperium, nullam Landgraviorum Provincialium Jurisdictionem, expertæ ſunt, nec, ſi hanc expertæ eſſent, eo ipſo extra poſſeſſionem ſtatumve Immediatorum Liberorumque Imperii Membrorum conſtitutæ fuiſſent. *Nullam*, inquam, *Landgraviorum Jurisdictionem Provincialem expertæ ſunt*, id quod vel exemplo Placitorum Imperatoriorum, quibus Civitatis Colmarienſium libertati atque exemptioni ab eâdem Jurisdictione ſubventum eſt, conſtat; atque ex Copiis Diplomatum ſub N. N. 6. 7. 8. 9. & N. 12. hic adjunctis videri poteſt. Quamvis alias quoque Landgraviatus (i. Judicium Provinciale) Alſatiæ non infinitus, N. 6. 7. 8. 9. & 12.

tus,

An. 1548. tus, ſed certis terminis deſcriptus fuerit, de cujus deſcriptionis præſidiis egit Ulric. Obrecht. *Prodrom. Rer. Alſatic. c. 12. p. 289.* Dico, *nec ſi hanc expertæ eſſent, eo ipſo eas extra poſſeſſionem ſtatumve Immedietatis & Libertatis Imperialis conſtitutas fore*: Cum *Landgraviatus Alſatiæ*, utpote *Judicii Provincialis Species*, nullam unquam Superioritatem Territorialem, nullum ſupremum Imperium, importaverit, ſed in ſola Jurisdictione Provinciali merè adminiſtratoria primum Perſonali, tandem vero Feudali & ad Succeſſores Tranſitoria quidem, *non Territoriali* tamen, conſtiterit, conſ. Henr. Cocceji *jur publ. prud. c. 5. ſect. 2. §. 39.* Obrecht. d. *Prodrom. rer. Alſat. c. 12. p. 300.* ibi: *Landgraviatu adeoque à Judicio Provinciali Alſatiæ*, & in margine: *In antiquis Diplomatibus ἐν παραλλήλȣ ponuntur* die Land-Grafſſchafft und das Land-Gericht des Niedern-Elſaſſes: *rationem vid. apud* Carol du Fresne *Gloſſar. voc. Com. Provinc. & Landgrav.* p. 307. ibi: *Poteſtatem judiciariam.* & ibi: *Landgraviatus & Judicii Provincialis inferioris Alſatiæ*: Atque in margine: Solch Theil der Land-Grafſchafft und des Land-Gerichts zu Niederen-Elſaſſen. p. 308. ibi: *Landgraviatum & Judicium Provinciale in inferiori Alſatia.* p. 310. ſimiliter. Quæ autem ab eo dependerunt Jura rerum Corporalium Incorporaliumve, quocunque etiam nomine inſignita, non Territorii Alſatici, non ſummi Imperii, ſed Judicii ſ. poteſtatis judiciariæ Provincialis, pertinentiæ fuerint. Idem Coccej. d. l. ibi: *Et quæ in dict. §. 73. recenſentur, Landgraveatus, non ſummi Imperii, ſunt Regalia & Acceſſiones &c.* add. Obrecht. *d. c. 12.* Unde etiam, non obſtante ceſſione Landgraviatus Alſatici, Civitatibus his æque ac aliis Alſatiæ Ordinibus, Immedietas Imperialis in §. *Teneatur*, Inſtrum. pac. Monaſter. reſervata fuit.

Status X. Civitat. Alſat. in-

§. IV. *Intra Tractatus* ejusdem Pacis Plenipotentiarii Regis Chriſtianiſſimi quidem ab initio loco ſatisfactionis coronæ

ronæ Gallicæ debitæ totam Alſatiam cum ſupremo Dominio territoriali Regio prætenderunt, à Plenipotentiariis S. Cæſ. Majeſtatis autem in eadem Alſatia nihil, præter Ceſſionem Jurium Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ in eadem competentium obtinere potuerunt, formula Ceſſionis d. 11/21. Menſ. Aug. An. 1647. ſequentibus verbis concepta: *Tertio Imperator pro ſe totaque Sereniſſima Domo Auſtriaca, itemque Imperium cedunt omnibus juribus, proprietatibus, Dominiis, poſſeſſionibus, ac jurisdictionibus, quæ hactenus ſibi, Imperio & Familiæ Auſtriacæ competebant in Oppidum Briſacum, Landgraviatum ſuperioris & Inferioris Alſatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque Provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ſcilicet Hagenau, Colmar, Schlettſtatt, Weiſenburg, Landau, Oberehenheim, Rosheim, Münſter in Valle S. Gregorii, Keiſerberg, Turingheim, omneſque Pagos & alia quæcunque Jura, quæ à dicta Præfectura dependent, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum Regnumque Galliarum transferunt. Ita ut dictum Oppidum Briſacum cum Villis Hochſtatt, Niederrimſing, Harten & Acharren ad communitatem Civitatis Briſacenſis pertinentibus, cumq; omni Territorio & Banno, quatenus ſe ab antiquo extendit, ſalvis tamen ejusdem Civitatis Privilegiis & immunitatibus antehac à Domo Auſtriaca obtentis & impetratis; itemque dictus Landgraviatus utriusque Alſatiæ & Suntgoviæ, tum etiam Præfectura Provincialis in dictas decem Civitates & Loca dependentia, itemque omnes Vaſalli, Landſaſſii, ſubditi, homines, oppida, caſtra, villæ, arces, ſilvæ, foreſtæ, auri argenti aliorumque mineralium fodinæ, flumina, rivi, paſcua, omniaque Jura, Regalia & appertinentiæ, absque ulla reſervatione, cum omnimoda jurisdictione & ſuperioritate ſupremoque Dominio, a modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum Coronam-*

An. 1648. tra tracta-tus Pacis Monaſt.

nam-

An. 1647. *namque Galliæ pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, abſque Cæſaris Imperii Domusque Auſtriacæ vel cujuscunque alterius contradictione. Adeò, ut nullus omnino Imperator aut Familiæ Auſtriacæ Princeps quicquam Juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis, ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat.* Prout in Tabulis Pacis Monaſterienſis §. *Tertio Imperator & ſequente*
An. 1648. exhibetur. Cujus Articuli tenor cum Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii, à Civitatibus noſtris (aliisque Ordinibus Alſatiæ & Suntgoviæ) ſuo nomine imploratis (vid. ſupr. allegat. Summariſche jedoch gründliche Außführung des Heiligen Römiſchen Reichs Land-Vogtey Hagenau Anno 1647. typis expreſſa) ob generalitatem contextus & ſtructuram formularum confuſam nonnihil obſcurus atque ſiniſtræ Interpretationi obnoxius, declaratione opus habere appareret, quam etiam pro conſervando Jure Immedietatis & Libertatis Imperialis Statuum ſupra nominatorum, ut par erat, ſollicitè vigilantes, animo atque ſub proteſtatione *Immutabilitatis*, eum in ſenſum interpoſuerunt, quod *ſola Jura altiſſime memoratæ Domus Auſtriacæ in eadem Provinciâ Regi Chriſtianiſſimo ceſſa*, & quidem Titulo Feudi Landgraviatus jureque Status Imperii, ſupremo Dominio apud Imperium Germanicum permanente, concederentur. (Vid. *Relat. ſummar. ex Act. publ. in cauſa Civitat. Imper. Alſat. uni-*
Num. 27. *tas. p. 38. in Append. ſub Num. 27.* Et omnino *Declaratio Ele-*
Num. 28. *ctor. Princ. & Statuum ſuper Satisfactione Gall. ſub Num. 28.* cum *Literis Statuum Legatorum ad Regem Galliæ in puncto Satisfactionis Gallicæ, de dato Monaſterii* d. $\frac{20}{10}$ *Septembr. Anno 1648.* ibi: *Immutabili huic Declarationi &c.* juncta *Declaratione eorundem Legatorum puncto Satisfact. Gall. de die* $\frac{21}{11}$ *Aug. ejusd. Anni ſub*
Num. 29. *Num. 29. lit. A. & B.* Tandem Ordinibus Alſatiæ & Suntgoviæ in §. *Teneatur.* nominatis antiqua Immedietas Liber-

asque Imperialis, Corona Gallicâ omni ulteriori prætenſioni Superioritatis Territorialis Regiæ in eosdem diſertè renunciante, ſeque ſolis juribus Auſtriacis per Pacem Weſtphalicam ceſſis, contentam manſuram promittente, immutabili declaratione conſervata ſunt, Coronæ Gallicæ autem *ſupremum Dominium* (quantum ad *Landgraviatum* Alſatiæ, nec non *præfecturam Provincialem* Hagenoenſem *non territoriale*) ſupra in §§. 74. & ſeq. conceſſum ſalvatum eſt: Prout in §. *Teneatur* 87. ejusdem Inſtrumenti Pacis Cæſ. Gall. conventum concluſumque conſpicitur, ſeqq. verbis: *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argentinenſem & Baſilienſem cum Civitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per utramque Alſatiam Romano Imperio immediatè ſubjectos Ordines, Abbates Murbacenſem & Luderenſem, Abbatiſſam Andlavienſem, Monaſterium in Valle S. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lützelſtein, Comites & Barones de Hanaw, Fleckenſtein, Oberſtein, totiusque inferioris Alſatiæ Nobilitatem, item prædictas Decem Civitates Imperiales, quæ præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, in ea Libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Romanum, quâ hactenus gaviſæ ſunt, relinquere; ita ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis Juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur. Ita tamen ut præſenti hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni ſupremi Dominii Jure, quod ſupra conceſſum eſt.* An. 1648.

§. V. *Concluſa Pace eadem Weſtphalica*, ex parte Coronæ Gallicæ usque ad Annum 1651. in hac cauſa nihil innovatum fuit: Eâdem Corona Immedietatem Libertatemque Imperialem Civitatum noſtrarum per Tractatus Executionis Norimbergenſis, per Evacuationem & Reſtitutionem ſubſecutam, nec non conſenſu expreſſo tacitove in exercitium variorum actuum Immedietatis Libertatisque Imperia- An. 1649. & ſeq. *Status X. Civit. Alſat. poſt Pacem Monaſt.*

An. 1649. & ſeq. lis illativorum, e. g. Seſſionis Votique Comitialis, Juriſdictionis Territorialis, Contributionum cum Imperialium tum Circularium, provocationis ad Suprema Imperii Dicaſteria &c. adgnoſcente. Vid. Deductio der mehrern Herrn Reichs-Deputirten über des Römiſchen Reichs habende Fundamenta ſub N. 69. ibi: Es habe auch Franckreich ſolches durch die Nürnbergiſche Executions-Tractaten bona fide agnoſcirt / und nicht allein die im Elſaß gelegene Reichs-Fürſtenthümer / Graff- und Herrſchafften / ſondern auch die mit Frantzöſiſcher Guarniſon beſetzt geweſene Elſaſſiſche Reichs-Städte / ſammt der ſo genandten Biſchoffiichen Vaſallen und Landen / ſo mit Frantzöſiſchen Völckern belegt waren / würcklich evacuirt, dem Reich wiederumb eingeraumbt und ſie in ihre Immedietät völlig reſtituirt. Et ibi: Denenſelben habe man auch bey offentlichen Reichs-Tägen / wie anderen Reichs-Ständen / in Gegenwart der Königlichen Frantzöſiſchen Geſandten und Miniſtrorum, ohne deren Contradiction oder einiger Einrede / ihr Votum und Seſſion allemahl gelaſſen / von ihnen ſeye ihr Contingent in allen Reichs- und Crayß-Oneribus getragen / in contentioſis vor niemanden / als den Reichs-Dicaſteriis, appellirt, ja von Ihro Königlichen Majeſtät in Franckreich ſelbſten an Sie / als Status Liberos, Geſandte geſchickt / Fœdera mit Ihnen gemacht / und abſonderlich in limine des obgedachten §. Solennis arbitrii am 1. Mart. 19. Februar. 1669. durch Dero damahligen Bevollmächtigten Monſ. Robert de Gravel deutlich bekant und conteſtirt, daß gleichwie das Weſtphäliſch Friedens-Inſtrument jederzeit pro fundamento zu behalten / alſo ſeye kein Zweiffel / auch ihre Meynung nicht / der Elſaſſiſchen Zehen Reichs-Verein-Städten ihre darin beſtätigte und reſervirte Immedietät zu beſtreiten / von einigen andern Ständen iſt gar keine Quæſtion movirt worden.

§. VI.

§. VI. Cum verò antiquitus obſervatum eſſet, ut à ſingulis Imperatoribus Germ. Præfectus Provincialis Superior, & ab hoc poſtea Inferior, præſentaretur, quorum uterque Civitatibus noſtris (loco cautionis, quod Præfectis nihil Superioritatis Territorialis in easdem competeret) certas juratas Literas Reverſales extraderent, iisque exhibitis & ipſi *nomine Imperii* à Civitatibus noſtris Juramentum reciperent, Rex Chriſtianiſſimus intuitu ceſſæ ſibi ejusdem Præfecturæ iisdem Civitatibus quoque Præfectum Superiorem, & quidem Principem de Harcourt, præſentare intendit, hancque ſuam intentionem Civitatibus per Literas Informatorias de dato Lutetiæ Pariſiorum d. 27. Septembr. 1651. ſignificavit; in eisdem autem nihil ulterius prætendit, quam ut Civitates Duci de Harcourt eundem honorem deferre vellent, quem antea Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ exhibuiſſent, verbis ſub Num. 30. expreſſis. Poſtquam vero Civitates cenſuiſſent, quod per Pacem Weſtphalicam, docente ejusdem Inſtrumenti §.73. *Tertia Imperator &c.* quidem *Præfectura Hagenovienſis* Coronæ Gallicæ ceſſa, Civitates autem per §. 87. ejusdem expreſsè *ab eodem exempta* eſſent, prout id ex parte Galliæ ipſius ſemper adgnitum fuerit: Nihilominus in negotio hoc multæ graves Difficultates ſuperandæ occurrerunt, ideòque etiam in ipſis Comitiis Ratisbonenſibus Anno 1653. cum Plenipotentiario Regio Gallico Dn. de Ventort nomine Imperii conferri cœpit; Eo mortuo autem cum Principe de Harcourt in Alſatia poſt prolixos tractatus transactum conventumque fuit, ut, quia is conſuetum Juramentum Præfectoriale præſtandum declinavit (tum enim nullius Juramenti fidelitatis erga Regem mentio, nedum poſtulatio facta eſt) & ut reciprocè Juramentum Præfectoriale mutuum remitteretur, tantumque Reverſales darentur, ultro petiit, tam idem Princeps de Harcourt Civitatibus, quam hæ illi ſolas reverſales ultro citroque traderent,

An. 1651.

Num. 30.

An. 1653.

 reali

An. 1653. & 1654. reali præſtatione Juramentorum remiſſa: Quemadmodum ex tenore earundem Reverſalium animadverti poteſt, ſub N. 31. & N. 32. N. 31. & 32. Anno 1654. Civitates noſtræ Receſſui Imperii ejusdem Anni ut Status liberi immediatique, omiſſa mentione reſpectus erga Land-Vogtejam Hagenovienſem, ſubſcripſerunt, ibi: von wegen der Zehen Elſaßiſchen Reichs-Verein-Städten / Hagenaw / Collmar / Schlettſtadt / Weiſſenburg / Landaw / Oberehenheim / Kayſersberg / Münſter in St. Gregorien-Thal / Roßheim und Türckheim. Quo in Statu quidem, quantum ad dictum Punctum, res usque ad Ann. 1661. manſit: Interim vero Civitates noAn. 1658. ſtræ alio gravandi modo tentatæ fuerunt, cum Anno 1658, Conſilio Regio Supremo Enſishemii conſtituto Civitates eædem contra omnem ſpem ejusdem Jurisdictioni Criminali æquè ac Civili, ad inſtar aliorum locorum à Rege Chriſtianiſſimo adquiſitorum, per Edictum Regium typis publicatum ſubjicerentur, contra quod tn. Civitates in ipſo Introductionis actu d. 28. Octobr. ejusd. Anni 1658. in ſcriptis ſolenniſſimè proteſtatæ ſunt. Quo Anno 1658. d. 18. Julii quoque conſervatio Immedietatis & Libertatis Civitatum noſtrarum in Capitulatione Leopoldina diſertè pacta promiſ-An. 1661. ſaque fuit Art. 8. Cum in fine Anni 1661. Dux Mazarinius in Alſatiam veniſſet, atque à Regia Majeſtate Gallica Præfectus Secundus Superior denominatus eſſet, isque Civitates ad d. 18. Decembr. ejusdem ad Actum Præſentationis ſuæ Hagenoam per literas convocaſſet, Civitates etiam ibidem per Deputatos ſuos comparuiſſent, non tantum tractatus priores cum Principe de Harcourt non amplius fuerunt agniti, ſed & plane nova admodum præjudicans formula *Juramenti* propoſita fuit, cum petito illud *corporaliter præſtan-*Num. 33. *di*, cujus tenorem ſub *Num. 33.* videre eſt. Poſtquam vero Civitates novam hanc Juramenti formulam maturè ponderaſſent, ſimulque intellexiſſent, quod etiam Literæ Rever-

Digitized by Google

verſales Præfectoriales in Subſtantialibus mutari intenderentur, Commiſſariis Regiis prolixè remonſtrarunt, quod hac ratione res confici non poſſit, dum à compoſitione priori non tantum recederetur, verum etiam Formale atque antehac inuſitatum *Juramentum Fidelitatis & Obedientiæ* erga Regem poſtularetur, & per verba: *Voſtre Protecteur Souverain* Civitates à Guarantia & Protectione Generali Sacri Romani Imperii penitus excludi, infimulque Reverſales Præfectorias per novam valdeque præjudicantem clauſulam: *De ne les point troubler dans leur Immediatetè envers l' Empire, Franchiſes, anciennes couſtumes, lettre de Grace, & Privileges &c. En tant qu'ils ne prejudicieront point aux droits cedez au Roy par le Traite de Münſter &c.* In ſubſtantialibus immutari intenderetur: Ideoque Civitates eo condeſcendere non poſſint; Ad quæ Commiſſarii Regii d. 22. Decembr. 1661. in ſcriptis replicaverunt, Regem in exactione Juramenti fidelitatis cum Clauſula *comme au Protecteur Souverain* perſiſtere, cum hac tamen explicatione, ce qui les lie ſeulement à ne rien faire, qui puiſſe eſtre contraire aux Droits, qui ont eſte cedez au Roy par le Traite de Münſter; comme ſa Majeſte ſe lie reciproquement aussi par la Bouche de ſon grand Baillif à ne rien faire, qui puiſſe prejudicier aux Droits Privileges & Libertez, qui ſont reſervez aux Villes par le dit Traite. Cum itaque Deputati Civitatum intellexiſſent, quod Commiſſarii Regis conſtanter Juramento Fidelitatis, Verbisque *Protecteur Souverain* nec non mutationi ſubſtantialium in Reverſalibus inhærerent, ipſi vero Deputati ſe per defectum inſtructionis excuſarent, nec Commiſſariis cedere vellent, conventum fuit, ut Principalibus rem referrent, & novam inſtructionem peterent, quod & factum fuit. Cum verò Civitates in novis ſuis Inſtructionibus in petitum Gallicum conſentire nollent, idque ab earum Deputatis Hagenoæ verbis & ſcriptis repræſentaretur, *quod neque Regia Majeſtati* An. 1661.

Jura-

An. 1661. *Juramentum Fidelitatis præſtare, neque & multo minus eandem pro Protectore ſuo ſupremo recognoſcere, neque Reverſales mutatas acceptare poſſent*, typis Actorum Publicorum deſuper conſcriptorum id teſtantibus; Commiſſarii Regii nova expedientia propoſuerunt, & primum omnium declararunt, quod quia Civitates circa verba *Protecteur Souverain* adeò ſubſiſterent, ea omitterentur, è contra verò Civitates Juramentum fidelitatis Regi præſtare deberent, id tamen eædem non magis facere vellent, ideòque iisdem nova formula Juramenti loco Temperamenti projecta, cum promiſſione, quod Juramentum erga Regem Immediatum tantum ſemel pro ſemper præſtare deberent; Cum verò Deputati Civitatum formulam eam conſideraſſent animadvertiſſentque, quod ſubſtantivum *fidelitatis* in verbis *cum fidelitate præſtituros* in ea contineretur, eandem acceptare non potuerunt, tandem, quamvis ſolum per majora, & abſque prævio Civitatum conſenſu & Mandato exiſtimarunt, quod, ſi aliter eſſe non poſſit, loco Subſtantivi *Fidelitatis* Adverbium *fideliter* poneretur; atque ita ex caſu hoc neceſſitatis ſe in tantum liberarent, quod tandem ita ſignificatum, atque tum

An. 1662. d. 7. Januarii Anno 1662. per Conſiliarium Regium Dn. Gallingerum Deputatis Civitatum Formula Juramenti tradita, in qua Adverbium *fideliter* projectum fuit, ſimulque indicatum, quod Partes à meridie in Ædibus Præfectorialibus (in der Land-Vogtey) convenire poſſint: ideoque puncto Juramenti nullam difficultatem amplius ſuperfuturam, Formulæ traditæ tenore verbis *ſub Num. 34.* exhibitis

Num. 34. concepto: Cum vero Deputati Civitatum tempore pomeridiano indicto in Ædibus nominatis comparuiſſent, ex parte Præfecti denuò tenor verbi Subſtantivi *Fidelitatis* ſ. Clauſula *cum Fidelitate* conſtanter poſtulata fuit, & quamvis Civitates eandem acceptare de novo detrectaſſent, inſtantiſſimè petentes, formulam in priori ſtatu, quo conventum eſſet,

Digitized by Google

ſſet, h. e. cum adverbio *fideliter* relinquere, id tamen nul- An. 1661.
itenus obtineri potuit, ſed Deputati in formulam clauſulæ
vm Fidelitate mutatam jurare coacti ſunt, prout *ſub Num.* 35. Num. 35.
djacet. Quo facto Civitatibus quoque Reverſales clauſulâ
dmodum præjudicante, *en tant qu'ils ne prejudicieront point*
ux droits cedez par le Traite de Munſter mutatæ traditæ fue-
unt, quæ à Præfecto Superiori Duce Mazirinio nomine
.egiæ Majeſtatis ſuoque proprio corporali juramento con-
rmatæ fuerunt, ſecundum tenorem Adjuncti *ſub Num.* 36. Num. 36.
Cum vero ipſæ Civitates poſtea cenſuiſſent, quod Deputati
ropter nimiam comminationem & concuſſionem libertate
'oluntatis deſtituti fuerint, quodque ipſæ per idem Jura-
ientum ultra modum gravatæ eſſent, maximè quod non
ıulto poſt, ſuppreſſo Conſilio Regio Alſatiæ eoque Metas
ı Parlamentum translato, quod 6. Febr. 1662. atque ita
on ultra 6. Septimanas poſt Reverſales à Duce Mazarinio
aditas juratasque factum fuit, eædem Civitates denuò,
t antea Enſisheimii ſub ejusdem Parlamenti Metenſis Juris-
ictionem Civilem Criminalemque cum aliis in Alſatia ad-
uiſitis terris Regiis, edicto Regio eam in Rem Typis pro-
ıulgato, ponerentur, præterea inſequente tempore ſæpe
ctus Dux Mazarinius ipſe & quidem Menſe Martio Anno
664. in omnes & ſingulas Civitatum unitarum conceſſiſſet, An. 1664.
ıque plura admodum præjudicantia puncta propoſuiſſet,
ec non gravibus minis Militaribus ad conſentiendum in ea-
em & promiſſionem eorum adſtringere voluiſſet; Peten-
o 1. Concurrentiam Jurisdictionis Cameræ Præfectorialis
ım ſummis Imperii Tribunalibus. 2. Suam in Conſtitu-
one Magiſtratus & Senatus Societatem, ſi non creationis
Directorium. 3. Diſpoſitionem in Militaribus. 4. Ean-
em in Eccleſiaſticis. 5. Jus viæ ſ. Tranſitus Copiarum
.egiarum illarumque in Civitatibus hoſpitationes: Equi-
em nova illa petita à Civitatibus declinantur, ab iisdem

C pro-

Digitized by Google

An. 1664. provocatur ad Inſtrumentum Pacis & ad Comitia Imperii; ſed fruſtra: Terrentur enim ulterius Civitates variis comminationibus, imò ipſo obſidionis periculo; Et quidem eo cum effectu, ut quædam ex Civitatibus metu majoris mali declarationem quandam ad nominata puncta ederent. Cum vero mox inſigne præjudicium inde conſecuturum conſiderarent, omnes Civitates conjunctim nova illa petita & imminentia pericula unà cum exactis declarationibus & Juramento primum ad Sacræ Cæſareæ Majeſtatem, dein ad Collegium Electorale, & tandem ad totum Imperium & ejus Comitia, mediante plena Relatione, Memorialique d. 10.
An. 1665. Martii 1665. per Dictaturam publicè communicato, poſteaque unâ cum dicta Relatione Typis expreſſo, detulerunt omnique ei, quod ex neceſſitate & metu factum eſt, publicè contradixerunt.

Arbitrium Ratisbonenſe. §. VII. Quibus Civitatum querelis Imperium commotum fuit, ut cauſam ad Regiam Majeſtatem pro remedio literis d. 19. Aug. 1665. exaratis deferret, quarum Te-
Num. 37. nor *ſub Num.* 37. videri poteſt. Regia Chriſtianiſſima Majeſtas Imperio d. 18. Septembr. ejusd. Anni reſpondet. In Arbitrium ab Imperio propoſitum conſentit. Arbitros ex parte ſuâ denominat Dominum Electorem Moguntinum & Colonienſem, Coronam Sueciæ & Landgravium Haſs. Caſſellan. Inhibitionem requiſitam erga Regios Miniſtros pro-
Num. 38. mittit, juxta Tenorem Literarum *ſub Num.* 38. Porro Arbitros ex parte ſuâ denominatos ſecundum Tenorem Litera-
Num. 39. rum Requiſitorialium ad eosdem emiſſarum *ſub Num.* 39. requiririt. Arbitrium ex parte Imperii confirmatur & pro Arbitris ſua ex parte Dn. Elector Saxoniæ, Epiſcopus Eichſtatenſis & Conſtantienſis & Civitas Imperialis Ratisbonenſis denominantur. Conſtitutio Arbitrii d. $\frac{11}{21}$ Septembris Anno 1667. ſolenni actu publicatur. Qua Publicatione fa-
Num. 40. cta mox Plenipotentiarius Regius Dn. Gravel *ſub Num.* 40. ad-

djunctam Declarationem interpoſuit, explicationem Re- An. 1668.
iam ratione prætenſi Juramenti continentem, puncto ta-
nen Juramenti ut & ſpecialibus à Regia Majeſtate Arbitrio ad
ijudicandum remiſſis. Quam cum Reſponſum Civitatum
djuncta Deſignatione Jurium Præfectorialium liquidorum
: illiquidorum, nec non Memoriale acceptationis utilium
eductivum ſecutum eſſet, Dni. Arbitri d. $\frac{18}{28}$ Febr. 1668.
Concluſum Declarationemque ſuam ediderunt, quæ *ſub*
Num. 41. apparent. Quod Concluſum Deputatus à Dno. Num. 41.
lenipotentiario Gravello Conſiliarius Præfectorialis ad re-
:rendum accepit. Civitates autem Monitorium pro pro-
movendo negotio exhibuerunt die $\frac{14}{24}$ Maj. Plenipotentiari-
s Regius Scriptum Reſponſum exhibuit, cumque antea
etiiſſet, ut ne quid de Juramento moveretur, tamen in
oc ultimo ſuo petito ab eo receſſit, nec amplius formulæ
ıramenti præſtiti antehac acerrimæ defenſæ inhærere vo-
ıit, ſed prætexuit: Quod ſua Majeſtas Regia 1. cenſeat,
: ad acquieſcendum hoc ipſo à Civitatibus jam præſtito Ju-
ımento non teneri, ſi defectu quodam laborare depræhen-
atur & Supremæ huic Juriſdictioni quicquam afferre præ-
dicii. (2.) Quod dicta Sua Majeſtas ſibi iterato in Man-
atis dederit, *in nullius puncti diſcuſſionem ſe intromittere, an-
quam hic ipſe dicti Juramenti omnino elucidatus & deciſus fuerit.*
d quod Reſponſum Civitates ſimiliter in ſcriptis d. $\frac{22\ \text{Maji}}{1\ \text{Junii}}$
plicaverunt, atque ex *Inſtrumento Pacis Articul. 8. §. Tenea-
r &c.* deduxerunt 1. *Quod tale Juramentum, quod aliquam
perioritatem aut Supremam Juriſdictionem infert, à Civitati-
s prorſus non debeatur*, & quod hoc ultimum petitum de-
arationi Regiæ in publicatione Arbitrii ſcil. Juramentum
ivitatum Immedietati nocere non debere, non conveniat.
Quod ab altera parte petitam elucidationem & Deciſio-
:m Civitates æquo animo ferre, eamque omnino admit-

 tere

Digitized by Google

An. 1668. tere poſſint, imò petant, ut dictum Juramentum indebitum aut aboleatur, aut à Dominis Arbitris accurate juxta Inſtrumentum Pacis §. *Teneatur &c.* & Artic. 8. limitetur. Inter hæc Civitatis Hagenoenſis gravamina generalia & ſpecialia, quibus ſe turbari conquerebatur, propoſita fuere. In quorum numero retulit gravamina 1. in Politicis. 2. in Eccleſiaſticis. 3. in Juribus Superioritatis. 4. in Jure Muniendi. 5. in Jure Tranſitus. 6. Præſidii & Stativæ. 7. in loco, dicto die Reichs-Gerichts-Laube. 8. in Contributionibus Imperialibus, quæ antehac Imperatori ſolvendæ erant, nunc Regiis Miniſtris ſolverentur. 9. in Conſtitutione Prætoris Imperialis, qui nomine quidem Imperatoris & Imperii conſtituendus eſſet, nunc verò à Præfectis Provincialibus conſtitueretur: Idem qui 10. omnibus Civitatis deliberationibus, imò electioni Magiſtratuum & Senatus ſe ingerat. 11. Cives ad appellandum ad Præfectos Provinciales incitari. 12. Hagenoenſium Commercia variis oneribus & novis Teloniis impediri. 13. Foreſtum, der Hagenauer Forſt / Hagenoenſibus diſputari, quoad Jus venandi, lignandi, & glandium legendarum. 14. Hagenoenſium reditus publicos in univerſum deprimi. 15. Hagenoam prorſus vaſtari & Imperio inutilem reddi.

Quibus non ſine mora peractis, ut dilationibus ulterioribus ex diſputatione l. poſtulatione reciprocè ſcripta ortis occurreretur, Domini Arbitri cum Domino Plenipotentiario Regio Colloquium tentarunt; Quod ab ipſo Plenipotentiario declinatum cum Conſiliario Præfectoriali inſtituitur. Propoſitione & declaratione in ipſo Colloquio ab Arbitris expoſita; Secutoque Reſponſo Conſiliarii Præfectorialis, rejicitur à Domino Plenipotentiario Formula Juramenti à Regiis Commiſſariis Hagenoe Anno 1661. exacti,
Num. 42. & proponitur nova prorſus Formula *ſub Num. 42.* conſpicua. Quam Civitates impugnant, Eædem denuò Monitorium

pro-

to promovendo Arbitrio exhibent. Sequuta ſunt expoſitio novorum Gravaminum Colmarienſibus puncto Jurisdictionis illatorum, cum repræſentatione, *quod Regi nulla prorſus Juriſdictio in Civitates competat*: Item Hagenoenſium monitorium, quod nec jurare nec Reverſales Præfectis tradere obſtricti ſint. Poſthæc exhibetur informatio à Domino Plenipotentiario in eoque parantur poſtulata, prius nunquam facta nec audita: Quod hujus Præfecturæ talia ſint Jura, ut *non Clientelare* dici queat *Homagium*, ſed limitatè *ſubjectivum*, ita tamen, ut Regi ultra vel extra Limites nullam ulterius NB. *Regiam Univerſalem aut Abſolutam Superioritatem pratendere mens ſit*. Idque ex ſequentibus rationibus. 1. Quia alia Superioritatis & Supremi Dominii Jura in Præfecturam ab Imperatore & Imperio ceſſa ſint, inter quæ merito Principem locum obtinere debeat Homagium; Alia verò à Sereniſſima Domo Auſtriaca, de quibus in præſens nulla ſit quæſtio. 2. Quod in quorumcunque Jurium exercitio vel exercendi poteſtate Imperator & Imperium fuere, quoad Præfecturam, ea nunc omnia in Regem vi ſurrogationis lege ab ipſo exerceri & exigi poſſe. 3. Quod Rex Mandata Regia Germ. olim Gehorſams-Brieff dicta, emittere & Civitates evocare poſſit ad actum præſentationis Præfecti, eidemque jurandum. 4. Quod Rex Jus habeat conſtituendi præfectum, quod olim ex Reſervatis Imperatorum fuerit. 5. Quod Steuras ſ. die Reichs-Steuren / ſoli alias Imperatori in recognitionem immediatæ Superioritatis præſtari ſolitas, nunc Regi ſolvantur. 6. Quod Imperatores nonnunquam per Cæſarea Reſcripta mandarint, Homagium ſ. Juramentum fidelitatis Præfectis ſolis Imperatoribus aliàs debitum præſtare. 7. Quod olim Civitates à Præfectis Liebe Getreue / in ſcriptis appellatæ fuerint. 8. Nec contra præmiſſa facere, quod obmoveatur Protectionem X. Civitatum ſub conditione certa & *Clauſula Superioritatis* An. 1668.

An. 1668. *tatis negativa* ſaltem ceſſam eſſe, indeque non obligari Civitates ut Clientes præſtare Homagium &c. quodque Argumentum hoc alicujus efficaciæ erit, quamprimum docuerint Civitates Supremum illud Dominium in Præfecturam X. Civitatum in mera Protectione conſiſtere, & alium denominaverint, penesquem reſideat Superioritas illa, quam Regi negatam dicunt. Atque his & ſimilibus Argumentis dictum Homagium vel Juramentum fidelitatis & limitatè ſubjectivum defenſum itum eſt, ideòque in concluſione petitum: Quod cum hic nil niſi Pacificationi Weſtphalicæ congruum ac conveniens exigatur, & ſupra exhibita nova Formula eidem *citra Immedietatis aut Status præjudicium*, accommodata ſit, ut ab Arbitris, Arbitrali declaratione eadem Civitatibus indicatur. Sed graviter à Civitatibus replicatum eſt contra hanc Informationem: Atque in contrarium adducta Argumenta reſoluta, dicentibus: Quod non modo nunc demum exacto jam vigeſimo poſt Pacificationem Anno tot tantaque nova, multum ſubjectionis inferentia parentur poſtulata, quæ ab ipſis Commiſſariis Regiis Hagenoæ Anno 1662. nunquam audita vel prætenſa fuerint, ſed & quod Civitatum ſcripta & dicta denuo mixtis hinc inde acerbiſſimis exprobrationibus explicentur: Reſpondendo ad allegata argumenta 1. quod diſtincta illa ceſſio, qua alia ab Imperatore & alia à Domo Auſtriaca in *Præfecturam* NB. (non in Civitates) facta dicitur, in Inſtrumento Pacis non fundata ſit, & inter ſe *non niſi* quoad *Tituli Translationem* differant, quia Domus Auſtriaca nullum in ipſam Præfecturam Supremi Dominii Jus habuit, ideò illud ab Imperatore & Imperio, penes quos illud fuit, cedi debuit, quod tamen *ad Civitates* extendi non poteſt, *cum ab hac ceſſione & Superioritate pacto ſingulari & inter Gentes Sacro exemptæ fuerint*, in §. *Teneatur* ibi: Quod Rex Civitates Imperiales in Immedietatis ac Libertatis poſſeſſione relinquere *Teneatur*, *ita ut nul-*

nullam ulterius Regiam Superioritatem in eas prætendere, ſed iis An. 1668.
Juribus, quæ ſpectabant ad Domum Auſtriacum, contentus manere debeat &c. adeoque ſi Civitatibus tale Juramentum, quod prætenditur, impoſitum fuiſſet, illud pacto ſingulari, prout in Domino Franciſco Lotharingiæ Duce §. Reſtituatur 71. contigit, fieri debuiſſet. Imò ex actis docuerunt, quod ipſi Commiſſarii Regii Anno 1662. Hagenoæ à Terminis *Voſtre Souverain Protecteur*, Item *d'eſtre fidelles & obeiiſſants*, ob dictas rationes prorſus receſſerint & eosdem remiſerint. 2. Argumentum illud generale, ad Civitates extendi non poſſe, ſed Præfecturam Hagenoenſem in ſpecie ſic dictam, & ab ea dependentes Pagos, concernere, cum iterum obſtet Textus Inſtrumenti Pacis, quod ſcil. Rex Chriſtianiſſimus nullam Superioritatem *in Civitates* prætendere, ſed iis Juribus contentus manere debeat, quæ ſpectabant ad Domum Auſtriacam, *quæcunque itaque non ſpectabant ad dictam Sereniſſimam Domum, ea nec ceſſa ſunt.* 3. Argumentum ratione der Gehorſambs-Brieff/ reſolvitur à Civitatibus ex ipſo tenore dictarum *Literarum*, quibus Civitatibus nihil detractum, nec additum fuerit, quam quod iisdem Actus præſentandi novi Præfecti, cum oblatione ad præſtandorum præſtationem denotatus fuerit: Quod ipſum à Regia Majeſtate in prima præſentatione primi Præfecti Principis de Harcourt accurate obſervatum fuit, ubi Rex ſupra allegatis formalibus Civitatibus reſcripſit: *P. P. à fin que vous ne Faiſſiez point de difficultè de le reconnoiſtre en cette qualitè, & de luy rendre les meſmes honneurs & deferences, quæ Vous Faiſiez a l' Archi-Duc d' Auſtriche &c.* 4. Quamvis cum Præfectura Hagenoenſi Jus conſtituendi Præfecti ceſſum dicatur, ex eo tamen non inferatur, Regem Superioritatem (in Inſtrumento Pacis expreſsè negatam) minus tale Juramentum fidelitatis exigere poſſe. 5. Steuras quod concernit, à Civitatibus aſſeritur, & per Imperatorum Apodhas probatur,

illas

Digitized by Google

An. 1668. illas Archi-Ducibus Auſtriacis, vel ulli unquam Præfecto, nec debitas nec ſolutas fuiſſe, niſi ipſe Imperator ſuo & Imperii nomine Apochas Civitatibus tradiderit, quod & poſt Pacificationem Civitates obſervare voluiſſent, niſi vi armatâ ad ſolutionem coactæ fuiſſent. Ad 6. Galliæ Argumentum reſpondent Civitates, quod Imperatori ſemper integrum fuerit, per Præfectum vel alium quemcunque ſuum Commiſſarium à Civitatibus Juramentum Imperiale, id eſt, Fidelitatis Obedientiæ & Subjectionis expetere, prout illud adhuc hodie Cæſareæ Majeſtati à dictis Civitatibus exigere licet, eo tamen non probari, quod tale Juramentum ipſis Præfectis præſtitum, minus debitum, fuerit, idque ex ipſis Documentis, à Galliæ Domino Plenipotentiario allegatis, Civitates probarunt, adductis ibidem multis exemplis & rationibus. Quod autem 7. à Præfectis Stylo Cancellariæ Præfectorialis uſitato Civitates, olim Liebe Getreue appellatæ fuerint: Ipſæ Civitates contrarium, quodque hic ſcribendi Stylus adeò communis non fuerit, probarunt, & ipſius Archi-Ducis Maximiliani exemplum in contrarium allegarunt: Deſuperque demonſtrarunt, quod apud Germanos ejusmodi ſcribendi ſtylus nihil ſubjectionis inferat, inprimis ubi Solenniſſimi Reverſales Jure jurando firmati contrarium evincunt, quibus ipſi Præfecti Civitatibus juratò promiſerunt, Civitates tanquam fidelis Protector defendere. 8. Facilis reſponſionis eſſe denominare illum, *penes quem Superioritas* illa reſpectu Civitatum, Regi Chriſtianiſſimo negata, reſideat: Nempe denominari illum per ipſum Inſtrumentum Pacis in §. *Teneatur &c.* & eſſe *neminem, quam Imperium*, cui ſub Civitatum ſtatu immediato ibidem expreſsè ſervato, Superioritas illa ſine dubio etiam ſervata, quæ Regi Chriſtianiſſimo negata eſt, in tantum, ut licet Regiæ Suæ Majeſtati *Præfectura*, ſive *Protectio Specialis & extraordinaria, pacta ſit*; Nihilominus tamen illæ Civitates Imperii

perii

perii immediatæ & ſubditæ remaneant ſub Imperii, ejusque An. 1669.
Supremi Capitis Imperatoris tanquam Summi ſui Magiſtratus, *Protectione generali & ordinariâ* : Cum ab illa nequaquam & nusquam excluſæ ſint, nec unquam excludi potuerint, quamdiu Membra & Status Imperii ſubditi ſunt, eſſe enim ſub Suprema alicujus Principis ſ. Reipublicæ poteſtate, obſequio, Jurisdictione & Tributis & non eſſe etiam ſub ejusdem protectione, contra ipſam naturam vitæ Civilis eſſe; Hæcque eò minus dubii habere, cum illa jam Anno 1662. Hagenoæ à Dominis Regiis Commiſſariis expedita & agnita fuerint, qui ex hoc ipſo principio verba illa primum prætenſa *Voſtre tres-gratieux Seigneur & Protecteur Souverain*, in formula Juramenti omitti debere cenſuerint; Adductis itidem ibi pluribus exemplis, una cum reſponſione ampliſſimâ ad omnia in contrarium adducta argumenta. In concluſione Civitates petierunt, ut Arbitrium hoc negotium Arbitrali compoſitione vel laudo terminare, & novum illud Hagenoæ exactum Juramentum abolere velit, illudque, quod forte in poſterum præſtandum erit, ita concipere, ut Instrumento Pacis conveniat &c. Cum itaque Domini Arbitri hæc utrinque producta ſcripta ſufficienter examinaſſent, atque animadvertiſſent, cauſam hinc inde adeò inſtructam eſſe, ut ulterioribus deductionibus ſcriptis moroſis non ſit opus, melioris tamen harmoniæ cauſa denuo Colloquium inter Dominos Arbitros & Plenipotentiarium Regium tentari conſultum viſum eſt, quod & d. 19. Febr. / 1. Mart. 1669. ſucceſſit, ubi ex parte Dominorum Arbitrorum expoſitio cum declaratione annexa facta eſt, Tenoris *ſub Num. 43.* Ad quam Num. 43.
propoſitionem Dominus Gravellus in continenti ex ſcripto replicavit: 1. *Inſtrumentum Pacis pro fundamento habendum*; *Relictam in hoc Civitatibus Immedietatem* intactam relinquendam, multoties jam repetitum & *extra controverſiam eſſe*:

Ex-

Digitized by Google

An. 1669. Exinde autem colligere licere, Regem de ceſſo in Præfecturam Civitatum *Supremo Dominio ejusdem connexis & correlatis*, ſine quibus illud explicari nequit, vel minimum relaxaturum, vel etiam permiſſurum, quod modo dicta *certa Immedietatis jura* in favorem Civitatum, in tantum extendantur, & ſua è contra adeò extenuentur atque deprimantur, ut ſublimia illa quondam Imperii Romani Jura nunc in Coronam Galliæ translata *omnimoda Jurisdictio & Superioritas* inania ſint ſuoque deſtituantur effectu, ipſius non eſſe judicare. 2. Qua ratione Domini Arbitri illa parte nondum plene audita nec percepta non citra notabile Cauſæ Regiæ præjudicium, præmaturum ac promptum Civitatum effugio ſub ſpecie incompatibilitatis præbere aſſenſum non dubitaverint, penetrari non poſſe, eique per expreſſum contradicere. 3. Quod dicitur: Percipi non poſſe nullam ex Juramento inferendam eſſe ratione Præfecturæ ſubjectionem; Et ipſum è contra negativæ hujus rationem capere non poſſe. 4. Petitam extemporaneam verbalem Informationem non recuſaret, ſi ſufficeret, ad plenariam differentiarum informationem, nec præſcindendum ipſi erit, ut in arduis vel ad Regiam Majeſtatem recurrendo, vel merita cauſæ ſcriptis exponendo Rei Regiæ pro poſſe & noſſe conſulat. De cætero tum promiſſa ulterior Informatio non ſecuta, ſed ab eadem penitus abſtractum eſt. In eodem Colloquio ulterior expoſitio novorum Gravaminum à Miniſtris Regiis Civitati Weiſſenburgenſium illatorum facta eſt. 1. Quod Magiſtratus Weiſſenburgenſis tanquam Status Imperii Sententiam ſuam jure meritoque exſecutus fuerit. 2. Incompetentiam fori Præfectorialis, ut & invaliditatem à Regiis Miniſtris emiſſi Reſcripti ex ipſo Inſtrumento Pacis eluceſcere, proindeque illa omnia ipſo Jura nulla eſſe: Interim tamen Civitates maximè ſolicitas reddere, quod Regii Miniſtri pendente Arbitrio, non attentis Regiis ad Imperium perſcri-

ſcriptis literis, & poſthabita Arbitrorum toties iterata inter- An. 1669.
poſitione prætenſiones ſuas quotidie præjudiciis Imperii Juribus notoriè obnoxiis adaugent. Juxta quam expoſitionem etiam pro remedio eorundem Gravaminum & deciſione cauſæ principalis denuo ſupplicarunt.

Interea Domini Arbitri ad Reſponſum Dn. Gravelli in Colloquio d. 19. Febr. / 1. Mart. habito exhibitam ulteriorem replicationem conceperunt, eandemque illi per Directorium Moguntinum in ſcriptis inſinuarunt, Tenoris *ſub Num. 44.* Num. 44. conſpicui. In qua priora concluſa ſua confirmarunt. Cum vero ulterius cum eodem Plenipotentiario quæſitum Colloquium obtineri non potuiſſet, Civitates Colmar. & Weiſſenb. ulteriorem expoſitionem novorum Gravaminum cum monitorio pro promovendo Arbitrio exhibuerunt; Hagenoënſes quoque nova Gravamina expoſuerunt, quibus impediantur in exſecutionibus Criminalibus, ne condemnatio & exſecutio nomine Imperatoris, ſed Regis, fiat: Item Hagenoënſium Incolas à Præfectis in ipſa Civitate capi, carcerari & mulctari: Hagenoënſium Foreſtum à nonnullis retro ſeculis Civitati appropriatum noviter in controverſiam vocari. Sequitur tandem Reſponſum Dn. Plenipotentiarii cum replicatione ad Civitatum d. 14/24. Decembr. 1668. exhibitam reſponſionem. In quo tamen nihil ferè novi continetur, ſed tantum priora Argumenta recoquuntur, atque ad Civitatum d. d. exhibitum ſcriptum ex parte replicatur. Quo Reſponſo Civitatibus communicato eædem ad hactenus acta & agitata concluſerunt, atque ad Deciſionem Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ conformem ſubmiſerunt: Earumque ſubmiſſio ab Arbitris *Dn. Plenipotentiario* notificatur: Qui & ipſe quoque *concluſit*. Quo facto Arbitri actis omnibus diligenter lectis atque examinatis, poſt plures congreſſus, maturamque cauſæ ponderationem, formalem declaratio-

An. 1670. rationem unâ cum Formula Juramenti conceperunt, in quam in poſterum Jusjurandum à Civitatibus præſtari poſſe cenſuerunt, hocque ſuum Concluſum Plenipotentiario Regio d. $\frac{24.\ Novembr.}{4.\ Decembr.}$ 1669. nec non Civitatibus eodem die in ſcriptis
Num. 45. communicando publicaverunt: Tenoris *ſub Num. 45. &*
Num. 46. *Num. 46.* conſpicui. Quæ à partibus ad referendum accipiuntur, Dominis Arbitris earundem reſolutionem & ratificationem expectantibus. Ex parte Galliæ quidem, Regiâ d. $\frac{12}{2}$. Martii Anno 1670. Directorio Moguntino exhibitâ, ſequentis Tenoris: Quod Regia ſua Majeſtas viſa & maturè examinata propoſitione in puncto Juramenti unâ cum Formula juncta à Dominis Arbitris in Scriptis exhibita, ipſi Domino Plenipotentiario in Mandatis dederit, ut iisdem exponeret, ſe ex diverſis relevantibus rationibus talem acceptare non poſſe, nec in ea acquieſcere. Juxta quam eorundem Dominorum Arbitrorum Declarationi prolixè in omnibus pnnctis perſtrictæ contradictum, tandem petitum ita conceptum fuit: Quod Regia ſua Majeſtas ſpe tanto majori ſibi promittat, Dominos Arbitros à cæteris Dignitati Regiæ adverſantibus abſtrahendo ſaltem & ſimpliciter ſubſtantialia Juramenti fidelitatis & obedientiæ, ſecundum illam ex parte Regia communicatam formulam reſpecturos & contra ultimum ſuum conceptum ſuis defectibus notatum in totum rejecturos: CæterumqueSacramRegiam Majeſtatem è re ſibi videri, quod Dominorum Arbitrorum à ſe denominatorum Legati in loco eſſent, quo in negotio hoc arduo ſe eo melius informare, cauſæ merita ponderare & mentem ſummorum Dominorum Principalium aperire poſſint. E contra Civitates Arbitrii Concluſum acceptant, illudque eventualiter (ſi ſcil. reliqua etiam deciſa fuerint) ratihabent Declaratione ſequentis Tenoris: Quod cum res nunc in eo vertatur, ut id, quod à Sereniſſimis Dominis

Ar-

Arbitris declaratum & conſtitutum eſt, absque ulteriori diſceptatione, decenti & humili obſervantia excipiendum ſit: Ipſas quoque dictam declatationem humili reverentia excipere, & in illam ſub iisdem in dicta & antecedentibus omnibus Arbitrii publicatis Declarationibus & Concluſis, expreſſis Conditionibus, quæ omnes repetuntur & reſervantur, decenti obſervantia conſentire, atque quantum in ipſis iſt, & eidem eventualiter ſubſcribere, ſcil. de Regia Aſſecuratione Civitatibus tradenda, ut & reliquis punctis litigioſis quoque conventum & certum quid ab Arbitrio conſtitutum ac deciſum fuerit. In concluſione petierunt, ut Domini Arbitri ſuſcepto per triennium jam agitati Arbitrii officio nunc tandem ulterius defungi, & id, quod tam ratione in declaratione allegatæ Aſſecurationis Regiæ neceſſarium, quam quod in ipſis determinandis Juribus Præfectorialibus Inſtrumento Pacis conveniens videbitur absque ulterioti mora, itidem vel componere vel Arbitrali Laudo determinare & decidere dignentur &c. Domini Arbitri Subdelegati rem ad ſuos Dominos Principales referunt, eorumque inſtructione veriſimiliter accepta prius Concluſum confirmant, ſecundum Tenorem Concluſi confirmatorii *ſub Num 47*, vid *Relat. ſummar. ex act. publ. in cauſ. Civit. Imperial. in Alſat. unit.* junct. Abtruck etlicher die Land-Vogtey Hagenau / und die des Heiligen Reichs Vereinigte Städte im Elſaß / betreffenden Documenten, Privilegien und Reſcripten, de Anno 1663. Cum vero Concluſum ultimum Domino Plenipotentiario Gallico intimatum eſſet, idem Dominos Arbitros rogavit, ut Deputatos nonnullos ad Colloquium ſecum inſtituendum conſtituerent. A quibus Elector Moguntinus & Corona Sueciæ deputantur. Tentato Colloquio cauſa iterum à Domino Plenipotentiario ad referendum accipitur: Cum ſinceratione tamen rem promovendi, quodque Regia Majeſtas non intendat conſtitu-

An. 1670.

Num. 47.

tum

Ap. 1670. tum Arbitrium hoc abrumpere. Ex quo res à mora Gallorum unicè pependit, Domini Arbitri autem ad negotium hoc tanti momenti, ſecundum normam Inſtrumenti Pacis, ulterius decidendum illudque promovendum, omnem operam porrò impendendi perpetuo parati fuerunt. Quamvis autem, (*interim Duce de Crecquy Regio Mareſchallo cum Exercitu in Lotharingiam irruente,*) quamvis, inquam, ſperaretur, quod, poſtquam unico puncto Juramenti tantum temporis impenſum, tandemque à Dominis Arbitris deſuper formalis declaratio certaque Formula concepta publicataque eſſet *rem eatenus pro judicata & deciſa habitum iri*; Ideoque nunc ad deciſionem quoque reliquorum Capitum ſ. punctorum controverſorum procedi poſſe, nihilominus tamen res in dies magis magisque intricari cœpit. Ideoque Domini Arbitri Principales commoti fuerunt, ut cauſam cum omnibus prioribus Actis & Actitatis ad ſe ipſos traherent, uberius ponderandam. Conſtituentes negotium immediatè ad Regiam Majeſtatem deferendum per literas,
Num. 48. Num. 49. quarum duo ſpecimina *ſub. Num.* 48. *& Num.* 49. adjuncta ſunt, quibus eandem rogarunt, ut Tractatus continuare inque modum tractandi propiorem cum definitione arctioris Termini, intra quem reliqua Capita plenè decidi poſſint, conſentire non dedignaretur, interim Miniſtris ſuis in Alſatia inhibitura, ne per Gravamina continua Civitatibus noſtris moleſti ſint. Equidem Majeſtas Regia Arbitris gra-
Num. 50. tioſiſſimè reſpondit, ut *ſub Num. 50.* videre eſt, attamen ad promotionem reliquorum materialium perveniri non potuit, ſed omnia, ut antehac, in ſtatu dubio relicta ſunt. Quoniam vero interpoſitis his rerum circumſtantiis & impedimentis impoſſibile fuerat ulterius progredi, tandem Domini Arbitri mediante ulteriori ſcripta Declaratione *ſub Num.*
Num. 51. *51. d.* $\frac{21}{13}$. *Decembr. Anno 1670.* declararunt, quod, cum Regia Majeſtas ſtatim ab initio poſtulaverit, *ut Juramentum à*

De-

Deputatis Civitatum Anno 1662. Hagenoæ præſtitum in ſtatu ſuo An. 1671.
relinqueretur, tandem (ſalvis ipſius Regiæ Majeſtatis Dominorumque Arbitrorum declarationibus) res in eo ſtatu manere poſſet. Sed nec hæc Arbitrorum reſolutio quicquam profuit, nedum progreſſum promovit, verum ſæpius dictus Plenipotentiarius *d. 1. Mart. 1671.* Legato Moguntino verbaliter ſignificavit, quod Regia Majeſtas rationes ſcire vellet, quare Formula Juramenti ab eo tradita à Dominis Arbitris pro non acceptabili haberetur; Quod petitum conſiderantes Subdelegati Domini Arbitri *d.* 1/11. *Martii ejusdem Anni* in ſcriptis juxta *Num. 52.* expoſitis ante-Actis declararunt, nulla ulteriori deductio ne rationum opus videri, ſed ſperari, aut Formulam Juramenti, in quam Hagenoæ juratum eſt, Num. 52.
Anno 1662. ſecundum ipſius Reg. Majeſt. placitum & à Dominis Arbitris *d. 29. Febr. 1668. & 1. Mart. 1669.* factam atque *d. 17. Decembr.* 1670. repetitam declarationem confirmatum, aut eam, quæ *d.* 14/4. *Decembr. 1669.* projecta erat, ſine ulterioribus rationibus placitum iri. Quibus Domino Plenipotentiario verbaliter & literaliter propoſitis, idem *d. 4. Junii 1671.* juxta Tenorem *Num. 53.* in ſcriptis reſpondit, in effectu autem, juxta allegationem quarundam rationum priori petito denuò inhæſit poſtulavitque, quod Domini Arbitri deſideratas rationes concipere, atque extradere debeant; Ideoque Domini Arbitri per ulteriorem declarationem *d.* 1/2. *Aug.* Num. 53.
1671. publicatam *ſub Num. 54.* prolixè deduxerunt, non Num. 54.
tantum, cur hactenus ulterius procedi non potuerit, ſed & Civitates noſtræ Imperiales ad præſtandum Juramentum prætenſum non obligatæ ſint, *nec ulterior deductio rationum* edi poſſet, attento, quod ultimum hoc in ejusmodi negotiis Arbitralibus inuſitatum, atque inutile futurum ſit, quippe non niſi prolixitati ſimilique petitioni mutuæ rationum anſam daturum; Ideoque ſperari, quod Regia Majeſtas non ſolum ex rationibus allegatis Declarationibus *in puncto*

Ju-

Digitized by Google

An. 1672. *Juramenti* factis delatura, ſed etiam, *quantum ad reliqua Capita*, in breviorem modum agendi, cum præfixione Termini certi 2. vel 3. ℂ. conſenſura ſit. Qua declaratione Arbitrorum Domino Plenipotentiario inſinuata, idem quidem deſuper nihil ulterius reſpondit, cœterum *d.* $\frac{1}{11}$. *No-*
Num. 55. *vembr.* 1671. juxta *Num* 55. ab Arbitris declarationem uberiorem ſuper quæſtionibus duabus ſequentibus poſtulavit: 1. Annon Domini Arbitri ſecum conſentiant, *quod Coronæ Gallicæ omnimoda Superioritas ſive Supremum Dominii Jus in Præfecturam X. Civitatum Alſaticarum ceſſum ſit, eidemque purè & abſolutè competat?* 2. *Quodnam propriè ſubjectum dictæ Superioritatis ſit?* cum ſinceratione gravi, quod impetrata hac Informatione ſua Regia Majeſtas proximè finalem ſuam reſolutionem apertura, atque ſincerum verumque ſuum deſiderium componendi has Controverſias teſtatura ſit. Qua ſinceratione facta cum Dominis Arbitris ſpes compoſitionis renaſceretur, iidemque in conſignanda Informatione petita non difficiles ſed prompti exiſterent, ſecundum Teno-
Num. 56. rem *Num.* 56. d. $\frac{3.\ \text{Februar.}}{24.\ \text{Januar.}}$ 1672. declarantes: Ad Quæſtionem 1. Quod utraque pars in hoc concors ſit: *Præfecturam Provincialem Sacræ Regiæ Majeſtati Coronæque Gallicæ Supremi Dominii Jure proprietariè, independenter & abſolutè ceſſam, eidemque ita nunc competere.* Ad Quæſtionem 2. *Eandem Præfecturam Provincialem proprium ſubjectum dicti Juris Supremi Dominii cenſendam eſſe.* Quæ *Præfectura vero* (vigore Inſtrumenti Pacis) *non in his X. Civitatibus ſed partim in Pagis* 40. *& ultra ad eandem pertinentibus Præfectorialibus dictis, partim in quibusdam certo modo à Præfectura dependentibus Juribus ab iisdem Civitatibus præſtandis, conſiſteret.* Quæ tamen Jura quantum ad eaſdem Civitates, *nullam eiſdem in Inſtrumento Pacis* §. *Teneatur &c. reſervatæ Immedietati & Libertati contrariam Regiam Superioritatem inferrent*: Annexo monito de reliquis

liquis quoque Capitibus commodiori tractandi modo componendis. Nihilomagis promiſſa reſolutio Regia ſecuta, ſed non attentis pluribus inſtantiis requiſitionibusque omnia quidem agenda in ſuſpenſo relicta, Civitates autem amplius gravatæ fuerunt. Ideoque Deputati Civitatum Anno 1673. d. $\frac{6.\ Mart.}{24.\ Febr.}$ nomine Principalium in Comitiis Imperii ſupplicarunt, ut Sacratiſſima Cæſarea Majeſtas unà cum Statibus Imperii officia ſua apud Majeſtatem Regiam Gallicam clementiſſimè interponere vellent, quò eàdem cum Declarationibus Arbitrii acquieſcere atque compoſitionem reliquorum Capitum commodiori via promovere, tùm pendente Arbitrio illatis æquè ac quotidie inferendis Civitatum Gravaminibus mederi non dedignaretur; Atque inſimul Civitates noſtræ in poſſeſſione *antiquitus exercitæ*, *adquiſitæ*, & in Inſtrumento Pacis peculiariter *confirmatæ reſervatæque Immedietatis & Libertatis* ſartæ tectæ relinquantur conſerventurque. vid. *Memorial.* der Vereinigten Reichs-Städten im Elſaß / dem Chur-Mayntziſchen Reichs-Directorio ad Dictaturam & Propoſitionem übergeben / den *6. Martii 24. Februarii Anno* 1673. Edit. Anno 1673. An. 1673.

§. VIII. Poſthæc Galli Duce Mareſchallo Turænio armata manu in Alſatiam irruperunt, atque ex Civitatibus noſtris unitis duas Urbes munitas Colmariam & Seleſtadium occuparunt (& quidem Colmariam d. $\frac{18}{28}$. Auguſti 1673.) moxque munimenta earum deſtruxerunt. Vid. Copia Ihrer Käyſerlichen Majeſtät Schreiben an die Käyſerliche Commiſſarios zu Regenſpurg *de dato* 10. *Martii* 1674. apud Lundorp. *Tom.* 10. *pag.* 265. ibi: Bemächtigung beyder Städten Collmar und Schlettſtadt wider das in ſelbiger Streit-Sachen beliebtes und von Ihro denen Ständen eingeraumbtes Arbitrium. *junct.* Vortrag des Käyſerlichen Reſidenten an die Schweitzeriſche Cantons *de die 7. April.* *Occupatio Militaris.*

E *ejusd.*

An. 1674. usque 1678. *ejusd. Anni* 1674. Apud eundem Lundorp. *d. Tom.* 10. *pag.* 189. ibi: Und dann mit Gewalt-thätiger Einnehmung / Demolierung / Exarmierung und Spolierung der treulich und ohne Sorge unter der unter dem Weſtphäliſchen Frieden verſprochnen und Pflicht-ſchuldigen Sicherheit ſich frey vermeinenden und ruhig ſitzenden / auch mit abſonderlicher Freundſchafft und uhr-alter guter Verſtändnuß den Herrn Eydgenoſſen zugethanen Reichs-Städten in dem Elſaß / und erſt kurtzhero beſchehen- und annoch beſtändig antrohenden Einfall in das Biſtumb Baſel begegnet iſt / und noch immerwährend begegnen thut / zu erkennen giebt. Quamvis autem Anno ſequente 1674. contigerit, quod Exercitus Imperialis poſt Prælium in Menſe Septembri Anni ejusd. (prope Enſishemium Pagum ad Montem Klöckelsberg ſitum) infeliciter geſtum aliquot Menſibus Alſatiam ſuperiorem reoccupaſſet, atque ex eo Incolæ Alſatiæ, neſcio qua ſpe, ſibi adulati eſſent, mox futurum, ut tota Alſatia manibus violentis Gallorum eriperetur, nihilominus tamen ſecuto ejusdem Exercitus Imperialis repentino Receſſu Galli Poſſeſſionem antea vi Militari apprehenſam denuo uſurparunt, atque ita durante Bello Gallo-Hollandico usque ad Tractatus Pacis Neomagenſis continuarunt.

Status X. Civ. Alſ. intra & poſt Tractatus Pac. Noviomag. §. IX. Anno 1678. *d.* 6. *Decembris* intra Tractatus Pacis Neomagenſis Plenipotentiarii Cæſarei Mediatoribus Projectum Pacis Cæſareo-Gallicæ exhibuerunt; Cujus *Articulo* 8. cum Deciſio Controverſiarum Alſaticarum per Arbitros finiri intenderetur, *Num.* 57. *lit. A.* ipſius tamen Pacis concluſæ Inſtrumentum *d.* 5. *Februar.* 1679. ſubſcriptum nil niſi Confirmationem Pacis Monaſterienſis Generalem exhibuit, *vid. Num.* 58. quamvis eandem ſubſcriptionem expreſſa & ſpecialis Cæſareorum Protocollo Mediatorum de communi conſenſu inſerta Proteſtatio reſervatioque in cauſa

Num. 57. lit. A.

Num. 58.

A-

Alſatica, cujus meminit Placitum Ordinum Imperii de die 23. *Mart.* 1679. hic adjunctum *ſub Num. 57 lit. D.* anteceſſerit. Nec non Catalogus eorum, qui ex parte Sacræ Cæſareæ Majeſtatis in Pace Cæſareo-Gallica comprehendi debent, Mediatoribus *d. 8. Febr.* 1679. exhibitus, ibi: *Nominantur & comprehenduntur ex parte Imperatoris, Sacri Romani Imperii Electores, Principes, cæterique Status comprehenſa libera & immediata Imperii Nobilitate.* Et ibi: *Nominatim vero omnes Imperii Civitates Liberæ &c. Num. 57. lit. B. die* 19. *Apr.* 1679. commutata fuit Formula Ratificationis Cæſareæ, hic *ſub Num. 57. lit. C.* adjuncta. ex cujus parte ea, qua ad Placitum Statuum Imperii ſe refert, ipſoque placito Imperiali in Comitiis Imperii *d.* 23. *Martii* 1679. publicato, apparet; quòd ſollicitè Imperium pro conſervatione Libertatis atque Immedietatis Civitatum noſtrarum vigilaverit, diſertis verbis comprehendendo S. C. Majeſtatem rogandam eſſe, ut curare velit, quo decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum Immedietatis & Libertatis Imperialis ratione Paragrapho juxta Pacem Monaſterienſem 27. *Inſtrum. Caſ. Gall.* plenè ſatisfiat. Vid. *id. Adjunct. ſub Num. 57. lit. D.* Ratificationem factam Deſignatio à Gallis reſtituendorum à Dominis Plenipotentiariis Cæſareis Domino Legato Gallico d. 12. *Junii 1679. exhibita ſecuta*, atque inter loca reſtituenda quoque Civitates noſtræ expreſsè relatæ ſunt; Vers. *Item Colmaria Monaſterium &c. d. Num. 57. lit. E.* cui Conventio ſignata *d.* 17. *Julii*, ejusdem Pacis Noviomagenſis executioni mandandæ cauſa, ſucceſſit. Vid. *Lit. Reg. Chriſt. de d.* 10. *Octobr. 1680. ſub. Num. 64. lit. A.*

An. 1679. Num. 57. lit. D. Num. 57. lit. B. Num. 57. lit. C. Num. 57. lit. D. Num. 57. lit. E. Num. 64. lit. A.

§. X. Anno 1680. *Arreſta Reunionis* duo à Conſilio Regio in Alſatia, eodemque Actore, Teſte & Judice, novo nomine & exemplo inaudito, emiſſa ſunt: Quorum Tenor *ſub. Num. 59. & Num.* 60. adjacet. Quibus mox ſucceſſit *Arreſtum Conſilii Status Regii de d.* 3. *Octobr.* 1680. Conſtitu-

Arreſta Reunionis Gallica. Num. 59. & Num. 60.

An. 1681. tionum Gallicarum *de Vectigalibus* ad *Landgraviatum ſup. &
1682. 1683. infer. Alſatiæ* extenſivum, Reunionis modo dictæ confirmativum. Vid. *Extraict des Regiſtres du Conſeil d'Eſtat du Roy &c.*
Num. 61. *ſub Num. 61.* Quo tempore etiam Literæ Statuum æque ad Potentiſſimum Regem magnæ Britaniæ, tanquam Mediato-
Num. 62. rem Pacis Noviomagenſis, *ſub Num. 62.* ac ad ipſum Regem
Num. 63. Chriſtianiſſimum, *ſub Num. 63.* & ad easdem utriusque Re-
Num. 64. Lit. A. & B. gis Reſeſponſa, *ſub Num. 64.* Lit. A. & B. Denique Electorum, Principum & Statuum Imperii ad S. Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Literas Reſponſorias ulterius Reſponſum *de d. 7. Febr.* 1681. ibi: *Æquè Fragile eſt alterum Fun-
Num. 65. damentum, quod à Tractatu Noviomagenſi accerſitur vid. Num.* 65. emanarunt.

§. XI. Eodem Anno 1681. d. $\frac{20}{30}$ Septembr. intra deliberationes Imperii de Remediis contra Gallum melioribus, proh dolor! *Argentoratum* interceptum fuit. Vid. *Ca-
Num. 66. pitulatio ſub Num. 66.*

§. X. Anno 1682. *d. 3. Mart. & d. 7. Maji* Plenipotentiarius Gallicus Dominus Verjus Comte de Crecy Comi-
Num. 67. & N. 68. tiis Imperialibus Ratisbonæ duo Memorialia exhibuit. vid. *Num. 67.* & *Num. 68.* Cui mox ſucceſſit Conſultatio de Pa-
Conſultatio de Pace & Bello Francofurti. ce & Bello, inter alia quoque Conſervationem Immedietatis Civitatum noſtrarum reſpiciens, à Subdelegatis Statuum ad eam Deputatorum Francofurti habita. Vid. Neu-corrigirter und wahrhaffter Teutſcher Friedens-Rath. Anno 1682. *Edit.* præcipuè vero *Deductio* der mehrern Hn. Reichs-Deputirten über des Röm. Reichs habende *Fundamenta*, in des Teutſchen Friedens-Rath *Continuatione IV. pag.* 5.
Num. 69. *ſeqq.* hic adjuncta *ſub Num. 69. Anno* 1683. *d. 20. Febr.* promulgatum eſt Arreſtum Conſilii Status Regii, prioris *de Anno* 1680. 3. *Octobr.* ab Alſatiæ Landgraviatu ad Civitatem Argentoratenſium extenſivum, idemque ſuperioris Reunionis confirmativum. Vid. *Extraict des Regiſtres du Conſeil d' Eſtats
Num. 70. du Roy. ſub Num. 70.*

§. XIII.

§. XIII. Qua Conſtantia conſervandi Imperio has *An. 1689. usque 1697.*
X. Civitates, Civitatibusque Jura Immedietatis, Libertatis
& Statuum Imperii, non obſtante Gallorum pertinacia uſur-
pandi, Status Imperii eſſe adeò non deſiderunt, ut *Anno*
1689. Capitulatione Joſephina *Artic.* 8. conſervatio Jurium
eorundem Civitatibus noſtris, ſine reſpectu ad Land-Vog-
tejam Hagenovienſem, diſertè pacta promiſſaque fuerit,
ibi: So dann die Zehen Vereinte Reichs-Städte im El-
ſaß Krafft Inſtrumenti Pacis unter dem Heiligen Römi-
ſchen Reich / gleich wie andere Immediat-Stände / ein-
verleibet bleiben.

§. XIV. Quamvis autem Imperium æquè ac ipſæ *Status X. Civit. Alſat. circa tempora Pac. Ryſvic.*
Civitates animum voluntatemque ſuam continuandæ poſſeſ-
ſionis ſuæ, durante ejus temporis Bello novennali, in effe-
ctum deducere non potuerint, inſecutis tamen Tractatibus
Pacis Ryſvicenſis Anno 1697. concluſæ, eandem denuò ſatis
declararunt. Ex quorum actis abunde conſtat, hanc ipſam
tolerandæ Gallorum uſurpationis detentionisque, non ce-
dendæ proprietatis vel poſſeſſionis, mentemStatuum Imperii
fuiſſe: Gallis quidem Formulam vel ceſſionis, vel ſaltem
Tituli Prætorii, ſignificativam, Inſtrumento Pacis inſeri
prætendentibus, ſed Clauſulam tantum ulterioris toleran-
tiæ indicem, obtinentibus. Vid. *Extract. Protocoll. Confer.* Num. 71.
Ryſvic. de d. 24. *Septembr. d.* 12. *Octobr.* 15. & 18. *ejusd.* Item
Extract Reichs-Deputations-Gutachten *de dato* Haag *d.* Num. 72.
eod. 1697. Ut ita Pax Monaſterienſis Pacis Ryſvicenſis Ba-
ſis & Fundamentum, etiam quantum ad X. Civitates Im-
periales Alſatiæ Unitas, manſerit. Quibus Colophonem
addit Concluſum Imperii *de Anno* 1701. Reſolutionem Belli
hodierni concernens, vindicationem Alſatiæ noſtræ vel ta-
citè complectens: Vid. Extract. *ſub Num.* 73. Ex qua cauſa Num. 73.
etiam factum videtur, quod Civitas Imperialis Landavienſis, *Landavia Recuperatio.*
poſtquam *Anno* 1704. ultima vice manibus Gallorum erepta

E 3 eſt,

eſt, *Anno* 1706. de ſimplici & plano absque ulla cauſæ cognitione recta via ipſoque jure ad continuandum poſſeſſionis antiquæ, hactenus Gallorum injuriâ interruptæ, exercitium per reoccupationem ſtationis priſtinæ, ad Seſſionem & Votum in Comitiis Imperii inter Status Reipubl. German. admiſſa, cæteris IX. Civitatibus unitis bono omine & exemplo præiverit, accinente Poëta:

Gallorum quæ *Limes* eram, *Landavia*, Rege
JOSEPHO Primo *Germanis Janua*, ceſſi.

§. XV. Sed hæc quidem in cauſa X. Civitatum Imperialium Alſatiæ unitarum ante, intra & poſt Tractatus Pacis Weſtphalicæ, Noviomagenſis & Rysvicenſis, pro conſervatione Jurium Imperii Germanici in Civitates noſtras, harumque Immedietatis & Libertatis Imperialis, declarando, interpellando, proteſtando, reſervando, deliberando, præcavendo, reoccupando, geſta ſunt: *Utrum verò intuitu horum Actorum Summum Imperium* Territoriale *in eaſdem Decem Civitates Alſatiæ Unitas Coronæ Gallicæ Titulo Pacis, vel Monaſterienſis, vel Noviomagenſis, vel Ryſvicenſis, ceſſum dici poſſit, utrum jure Proprietatis vel Poſſeſſionis competat?* Hodienum de eo quæritur. Cum autem omnis ea de re diſceptatio ad duas has Quæſtiones recidat: *I. An Supremum illud Imperium* Territoriale *Gallis aliquo ex dictis jure titulove competat? II.* Si nullo jure titulove, *quo nomine ergò Galli idem hactenus tenuerint?* In ſequentibus Capitibus id demonſtrare conabor: Et quidem

Cap. II.

Cap. II.

Supremum Imperium Territoriale in X. Civitates Alſatiæ Unitas Gallis nullo proprietatis poſſeſſionisve jure per Pacem Monaſterienſem competere. Paragraphorum Inſtrumenti Pacis ejuſdem, cauſam Alſaticam concernentium, explicatio. Arreſtorum à Conſilio Supremo Alſatico Anno 1680. latorum refutatio. Landgraviatus Alſatiæ ab ipſa Alſatia, ſive à Territorio Alſatiæ, Præfectura Provincialis Hagenovienſis in X. Civitates Alſatiæ ab ipſis Civitatibus, ſive à Territorio earundem, diſcrimen, utriusque Landgraviatus, ſcil. Superioris & Inferioris Alſatiæ, Jura & Munera diverſa.

§. I.

ARgumenta, quibus Supremum Imperium *Territoriale* in dictas Decem Civitates Alſatiæ Coronæ Gallicæ, *Titulo Pacis Monaſterienſis*, competere aſſeritur, præcipuè duo ſunt: Primo enim eidem Coronæ ceſſa eſſe Titulo Transactionis ejusdem Pacificæ generaliter *omnia Jura Publica* in totam Alſatiam *cum Supremo Dominio Territoriali*, deinde ceſſa eſſe eidem eodemque Titulo ſpecialiter omnia Jura in Præfecturam Provincialem Decem Civitatum Imperialium in eadem Alſatia ſitarum, cum omnibus, quæ ab eadem Præfectura dependent, eâdem Clauſula. **Ratio dubitan.**

§. II.

Arg. I. à ceſſione Supremi Dominii in totam Alſatiam.

§. II. Generaliter *omnia Jura Publica in totam Alſatiam cum Supremo Dominio Territoriali* Coronæ Gallicæ ceſſa eſſe, ii, qui parti eidem patrocinantur, colligere volunt partim ex Inſtrumenti ejusdem Pacis §. *Tertio Imperator &c.* 73. ibi: *Imperator pro ſe totâque Sereniſſimâ domo Auſtriacâ, itemque Imperium cedunt omnibus Juribus, Proprietatibus, Dominiis, Poſſeſſionibus ac Juriſdictionibus, quæ hactenus ſibi Imperio & Familiæ Auſtriacæ competebant in Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum Regnumque Galliarum transferunt &c. ita ut &c.* junct. §. *Itemque dictus Landgraviatus* 74. ibi: *Dictus Landgraviatus cum omnimoda Juriſdictione & Superioritate Supremoque Dominio à modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum Coronamque Galliæ pertine:nt, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, absque Cæſaris, Imperii, Domusque Auſtriacæ, vel cujuscunque alterius contradictione. Adeo, ut nullus omnino Imperator, aut Familiæ Auſtriacæ Princeps, quicquam Juris aut Poteſtatis in eis prænominatis partibus ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat*; Partim ex §. *Teneatur* 87. vers. *Ita tamen.* ibi: *Ita tamen, ut præſenti hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni Supremi Dominii Jure, quod ſupra conceſſum eſt.*

Arg. 2. à ceſſione omn. Jur. in Præfecturam Provincialem X. Civitat. Imp. in Alſatia ſitarum.

§. III. Eidem Coronæ Gallicæ, ejusdemque Pacis Titulo, ſpecialiter *omnia Jura in Præfecturam Provincialem Decem Civitatum Imperialium in eadem Alſatia ſitarum, cum omnibus, quæ ab eadem Præfectura dependent*, eâdemque Clauſula, ceſſa eſſe, Galli elicere conantur ex eisdem §§. Et quidem cum ex §. *Tertio Imperator.* 73. ibi: *Cedunt omnibus Juribus in Præfecturam Provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ſcilicet Hagenau, Colmar, Schlettſtadt, Weiſenburg, Landau, Ober-Ehnheim, Rosheim, Münſter in Valle S. Gregorii, Kayſersberg, Turingheim, omnesque Pagos & alia quæcunque Jura, quæ à dicta Præfectura dependent &c.* junct. §.

Sq.

J. 74. ibi: *Tum etiam Præfectura Provincialis in dictas Decem Civitates & loca dependentia* &c. tum ex §. *Teneatur.* 81. d. verſ. *Ita tamen.* verbis jam recitatis.

§. IV. Quorum §§. prioribus Dominium Supremum Territoriale in totam Alſatiam & Præfecturam Provincialem Regi Chriſtianiſſimo *ceſſum*, poſteriori autem eidem *reſervatum* volunt, diſertis utrinque verbis, nullamque interpretationem, ut videtur, deſiderantibus vel admittentibus. Ad quorum contextum etiam Coronæ ejuſdem Advocatus in poſtulatione, ad quam duo Arreſta Reunionis ſive Immiſſionis in poſſeſſionem, à Conſilio Regio in Anno 1680. lata emiſſaque fuerunt, provocavit, ex quibus propoſuit, confirmavit, & Conſilium Supremum ſententiam ſuam pronunciavit.

§. V. Arreſtorum nominatorum prius inſcribitur: *Arreſt du Conſeil Souverain d' Alſace ſeant a Briſac, portant que le Roy ſera mis en poſſeſſion de la Souverainete de la Baſſe Alſace du 22. Mars 1680.* Sic autem Narrata ejuſdem Arreſti in Advocati Regii confirmatione, ibi: *Favier Advocat General pour nous a dit, que par le Traicte de Weſtphalie conclud entre nos Plenipotentiaires, ceux de l' Empereur & de l' Empire, le 24. Octobre 1648. L' Empereur & l' Empire nous ont cede & tranſporte tous les Droits de Souverainete, Propriete, poſſeſſion, Seigneurie & Jurisdiction, que le dit Empereur, l' Empire & la Maiſon d' Auſtriche avoient en la Ville de Briſac, aux Landgraviats de la haute & baſſe Alſace, Sundgau, & en la Prefecture de dix Villes Imperiales, ſcitues en la dite Province, ſcavoir Hagenau, Colmar, Scheleſtatt, Weiſſemburg, Landau, Oberehenheim, Roſheim, Munſter en la Vallee St. Gregoire, Kayſersberg, Turckheim, & en tous les lieux & villages, qui en dependent, hommes, Vaſſaux, Sujets, avec toute juriſdiction & ſouveraine puiſſance, pour eſtre & demeurer, a perpetuite les dites Province, Villes,*

Digitized by Google

les, Pays, Eſtats, Prefecture, Domaines, Droits, & autres choſes generalement quelconque, unis & incorpores a perpetuite a Noſtre Couronne, avec Declaration expreſſe de l Empereur, l Empire & l Archiduc d Inſpruck Ferdinand Charles, que les Ordres, Magiſtrats, Officiers & Sujets des dits Pays, Villes & Seigneuries, ſont decharges de la ſervitude & du ſerment, hommage & ſervice, dont ils leur eſtoient jusques au jour du Traite obliges, aſſervis, & lies; Les remettant ſous noſtre ſervitude, obeiſſance & fidelite, & de noſtre Couronne, la quelle eſt eſtablie & conſtituee en une pleine & juſte Souverainete, propriete & poſſeſſion desdits Pays, Eſtats, Domaines, Prefecture & autres Droits, avec renonciation expreſſe de la part de l'Empereur, l'Empire & du dit Archiduc Ferdinand Charles; tant pour eux, que les leurs a jamais, a tous es Droits & Pretenſions qu'ils y avoient, a l'effet de quoy ils derogent expreſſement aux Decrets, Conſtitutions de leurs Predeceſſeurs, notamment a la Capitulation Ceſarienne, qui defend le alienations totales des biens & droits de l'Empire, les quelles renonciations ſeront d'abondant & pour plus grande aſſeurance confirmee dans la prochaine Diete, ſans que ce qui ſe fera au contraire puiſſe nuire a la ceſſion des Pays, Villes, & Eſtats cedes, qui ſeront oſtes de la Matricule de l Empire, le quel Traite de Weſtphalie a eſte confirme par celuy fait a Nimegue le 5. Fevrier 1679. Quibus verbis præſuppoſuit, Imperatorem & Imperium Germanicum Coronæ Gallicæ conceſſiſſe Supremum Dominium Territoriale in totam Alſatiam, æque ac in Præfecturam Hagenoenſem. Et ibi: *Cela preſuppoſe pour fondement, il eſt ſans difficulte, que toutes les Villes, Bourgs & Villages, ſitues dans la Baſſe Alſace, & les autres, qui dependent de la Prefecture Royale d'Hagenau, & du Mundat de Weiſſembourg, ſont de noſtre Souverainete, & que les Detempteurs & Poſſeſſeurs, qui en jouiſſent, s'en doivent deſiſter & nous en quitter la poſſeſſion.* Quibus verbis ſubſumit, omnia igitur loca, Civitates, Caſtra, Pagos

gos

os in Inferiori Alſatia ſita, omniaque ea, quæ a Præfectura Hagenoenſi & Mundato Weiſſenburgenſi dependent, Superioritatis Regiæ eſſe. Sic, recenſitis pluribus exemplis, ſeu, ut hodierni loquuntur, actibus poſſeſſionis à Sereniſſima Domo Archiducali Auſtriaca ejusque Anteceſſoribus circa Præfecturam Hagenoenſem ejusque pertinentias exercitis, quibus Jus Superioritatis Territorialis *in loca ab eâdem Dependentia* Eidem Domui, ejusque Anteceſſoribus antiquitus competiiſſe, atque ab iisdem conſervatum fuiſſe, demonſtrare & per ea ſubſumtionem ſuam confirmare conatur Advocatus idem in Concluſione, ibi: *De toutes ces pieces, dont les Originaux ſont dans nos Archives, il eſt aiſe d'eſtablir nos Droits & noſtre Pretenſion ſur ces Baillages, qui ſont notoirement de la Baſſe Alſace & de la Prefecture Royale & Landfogtie d' Hagenau, & par conſequent de noſtre Souverainete.* Et ibi: *Il eſtime, qu'il y a lieu de prononcer preſentement par noſtre Conſeil d' Alſace, & de declarer, que les Baillages, Prevoſtes, Villes & Villages de la Baſſe Alſace, de la Prefecture Royale d' Hagenau, & de la Prevoſte, Chapitre & Mundat de Weiſſenbourg, ſont de noſtre Souverainete* &c. Qua Concluſione infert, omnia loca & Jura ad Inferiorem Alſatiam & ad Præfecturam Provincialem Hagenoenſem ſpectantia de Superioritate Territoriali Regia eſſe, quia ipſa Inferior Alſatia, & Præfectura Provincialis Hagenoenſis de eadem Superioritate Territoriali ſint, tanquam per Pacem Weſtphalicam Coronæ Gallicæ in ea qualitate ceſſa incorporandaque tradita. Concluſit, inquam, Advocatus Regius, ratiocinando: *Quidquid eſt Supremi Dominii in Alſatiæ Landgraviatibus & Præfectura Hagenoenſi, illud eſt Supremi Dominii Gallici.* Atqui, *omne quod ſitum eſt in Alſatia Inferiori, quodve dependet à Præfectura Provinciali Hagenoenſi vel Mundato Weiſſenburgico eſt Supremi Dominii in Landgraviatibus Alſatiæ & in Præfectura Hagenoenſi.*

F 2 Ergo,

Ergo, *omne id, quod ſitum eſt in Alſatia Inferiori, quodve dependet à Præfectura Hagenoenſi vel Mundato Wriſsenburgico, eſt Supremi Dominii Gallici.* Sic denique ipſum Conſilium Regium pronunciando ſententiam ſuam: *Noſtre dit Conſeil ayant aucunement egard, au dire & Remonſtrances des parties, a ordonne & ordonne, qu' ils repreſenteront les titres dans ſix mois, & cependant a de clare & de clare les dits Baillages, Villes, & Chaſteaux eſtre de la Prefecture Royale d' Hagenau, comme une dependence du Mundat de Weiſsembourg & de noſtre Souverainete dans la Baſse Alſace. Enjoint a tous les habitans des dits lieux de nous reconnoitre a l' avenir pour leur ſeul Souverain & Monarque, leur faiſant deffences de ſe pourvoir en autre Jurisdiction, qu' en celle de noſtre Conſeil d Alſace, en cas d' Appelle; Ordonne en outre, qu' ils nous preſteront inceſsament le ſerment de fidelite & pour marque de noſtre Souveraine Puiſsance, ſur touts les dits lieux, que nos Armes ſeront placees ſur les principales ponts & entrees des Villes, Auditoires, & Maiſons communes des dites Baillages, & que le preſent Arreſt a Nous preſente ſera mis & depoſe dans le Threſor de nos chartres a Paris, leu, publie, & regiſtre dans les dits Baillages, a la diligence des Baillys, Prevoſts & autres Officiers des Lieux, qui ſeront tenus d en certifier noſtre dit Conſeil au mois &c.* Sic denique mandando Executionem Arreſti ejusdem; ibi: *Sy te mandons a la requeſte de noſtre Procureur General, tu mettes le preſent Arreſt, a deüe & entiere Execution, ſelon ſa forme & teneur. De ce faire te donnons pouvoir.*

§. VI. Arreſti poſterioris titulus eſt: *Arreſt du Conſeil Souverain d' Alſace ſeant a Briſac, portant, que le Roy ſera mis en poſseſſion de la Souverainete de la Baſse Alſace & toutes les terres & Seigneuries ſituees en la Haute Alſace du 9. d' Aouſt 1680.* Sic enim Narrata ejusdem Arreſti in propoſitione Advocati Regii. *Favier Advocat General pour noſtre dit Procureur General, a conclu, a ce que l' Arreſt de noſtre dit Conſeil du 22. de*

Mars

Mars dernier ſoit declare commun avec les Defendeurs, ce faiſant, eux "
les dits Villes, Principautes, Comtes, Baronies, Seigneuries, Fiefs, "
Baillages & Terres ſituees en Baſſe Alſace ſoient declare de noſtre Souve- "
raineté, Nous ayant été cedees par les Traittes de VVeſtphalie & de Nime- "
gue, en conſequence condamnes de nous reconnoiſtre pour leur ſeul Souve- "
rain & Monarque &c. Sic Narrata ejusdem Arreſti *in Confirmatione* ejusdem Advocati: *Et pour eſtablir le premier Chef de ſes requiſitions, a dit, qu'il ſuffit d'obſerver, que les Droits Souverains ſur la haute & baſſe Alſace nous ont eſte cedes par le Traitte de VVeſtphalie confirme par celuy de Nimegue, que par un Acte, eſtant dans les Regiſtres ou Protocoles de la Ville de Seleſtatt il ſe voit, que le 20. May 1625. les Etats de la Baſſe Alſace convoques par l'Archiduc Leopold Evêque de Strasbourg en la dite Ville de Seleſtatt, pour affaires qui concernoient le bien de la Province, le dit Archiduc Leopold, le Doyen, Chanoines, & Chapitre de la Cathedrale de Strasbourg, le Prince Palatin de Luzelſtein, ou de la Petite Pierre, les Comtes de Hanau & de Linange, les Barons de Fleckenſtein, & generalement tous les Gentilshommes de la Baſſe Alſace, y comparurent en perſonnes ou par Deputes, comme faiſant partie de la dite Province & du Landgraviat de la Baſſe Alſace, que la pretendüe Immediatete de l'Empire reſervee par le paragraphe 15. de ce meme Traitte, dont quelques uns de ces Deffendeurs veulent tirer avantage, pour ſe ſouſtraire de noſtre Souveraineté, ne peut nuire a nos droits, ce paragraphe impliqueroit autrement une contradiction, auſſi les termes, qui y ſont inſeres a la fin, levent tout le doutte, en ce qu'il y eſt parle, que cette Immediatete ne fait, & ne faira aucun prejudice a la Souveraine Puiſſance, qui eſt cedee a noſtre Couronne, pour y eſtre unie & incorporee a perpetuite. Quant a l'autre Chef de ces dites Requiſitions, il eſt juſtifie par le meſme Traite, que l'Empereur, l'Empire, & la Maiſon d'Auſtriche, nous ont cede tous les autres Droits de* "
Seigneurie, Feodalite & de Jurisdiction, qui leurs appartenoient, dans "
la Haute & Baſſe Alſace, il nous importe donc de reconnoiſtre la nature "
& la qualite des fiefs de cette Province, & particulierement de ceux, qui "
eſtoient mouvant de l'Empereur, l'Empire, & la Maiſon d'Auſtriche, "
pour en recevoir les hommages & devoirs feodaux, qui Nous ſont dus. "
Sic denique Verba ipſius ſententiæ à Conſilio Regio pronunciatæ: "
Noſtre dit Conſeil a declare & declare l'Arreſt de noſtre dit Conſeil du 22. "
Mars dernier commun avec les proprietaires & poſſeſſeurs des &c. & ibi: "

 ,, ce

„*ce faiſant leurs Terres, Fiefs, appartenances & Dependences de quelque* „*qualite & nature qu' elles ſoient, ſituees dans la Baſſe Alſace, eſtre de no-* „*ſtre Souverainete, Enjoint aux dits Poſſeſſeurs, & Proprietaires, leurs* „*Officiers, Vaſſaux, Sujets, manans & habitans des dits Lieux de Nous* „*preſter inceſſament le ferment de fidelite, comme a leur ſeul Souverain &* „*Monarque &c.* En improbas inverecundasque Advocati poſtulationes, en inauditam Judicis declarationem adjudicationemque.

§. VII. In quorum Arreſtorum Reunionis ſequelam tamen poſtea plures aliæ Ordinationes Regiæ ex Conſilio Status emiſſæ ſunt, ut docet *Extrait des Regiſtres du Conſeil d' Etat du Roy, du 20. jour de Fevrier 1683.* ibi: *Le Roy s' eſtant fait repreſenter en ſon Conſeil l' Arreſt rendu en iceluy, Sa Majeſte y eſtant, le troiſieme jour d' Octobre 1680. par le quel Sa Majeſte, attendu la Reunion faite a la Couronne par Arreſts du Conſeil Souverain d' Alſace de 22. Mars & 9. Aouſt au dit an, en Execution des Traittes de Paix de Munſter & Nimegue, des Landgraviats de la Haute & Baſſe Alſace, auroit ordonne &c.* Ut de notoria Executione reali per violentam apprehenſionem locorum antea nondum occupatorum nihil dicam.

Rationes Decidendi. §. VIII. Rectè verò juſtèque pro Civitatibus excipitur, exceptumque eſt. (1.) Jus Immedietatis, Statusque Liberarum Imperii Civitatum & per hoc Superioritatem territorialem, Eisdem Decem Civitatibus Alſatiæ Unitis jam per plura Secula ante Pacem Weſtphalicam competiiſſe: nec in Easdem quicquam Imperii Civilis Territorialis vel Coronam Gallicam, vel Sereniſſimam Domum Archiducalem Auſtriacam, unquam ante eandem Pacem prætendiſſe: è contra easdem Civitates usque ad Tractatus Pacis Weſtphalicæ in poſſeſſione vel quaſi Immed. Libertatisque Civitatum, conſequenter Statuum Imperii Germ. non interrupta immemorialique, per Exercitium Seſſionis Votique Comitialis, Contributionum, cum Imperialium tum Circularium, poteſta-

Digitized by Google

oteſtatis Legislatoriæ territorialis, Juris Legationis, Fœ-
erum &c. denique provocationis ad ſuprema Imperii dicaſte-
ia, ſcientibus iisdem Principibus nec contradicentibus,
uiſſe. Conferantur ſubſcriptiones Receſſuum Imperii ab
. 1521. usque ad Noviſſimum. Addantur Acta Tractatus
acis Weſtphalicæ atque inter ea Deductio Præfecturæ Im-
erialis Hagenovienſis ſupra in Facti Epitome allegata, nec
on Acta Arbitrii Ratisbonenſis ſupra c. 1. excerpta. Qui-
us penitius inſpectis, apparebit, Civitates diu ante Pacem
Weſtphalicam, quæ omne dubium, ſi quod fuiſſet, ſuſtu-
t, non nuda opinione, ſed plus quam immemorialis tem-
oris poſſeſſione nixas, per præſcriptionem unius alterius-
e ſeculi Jus Immedietatis Statusque Imperialis adquiſiviſſe,
onſervaſſeque. Ita quidem, ut, licet Pax Weſtphalica
iique inſerta Declaratio Juris Civitatum harum Conſervativa
unquam conventa concluſaque fuiſſet, Eædem Civitates
ontra prætenſionem Gallicam beneficio, titulo & jure Præ-
criptionis ſatis defenſæ tutæque eſſent: Cum Poſſeſſio Im-
memorialis legis inſtar & plus quam Deciſionis Judicialis &
ransactionis loco habeatur, cum de Jure Divino & Gen-
um. vid. *Judic. c. XI. v. 26.* ibi: *dum habitavit Iſraël in Cheſch-
on, & in filiabus ejus, ac in Aroër, & in filiabus ejus, & in
mnibus Urbibus, quæ ad ripas Arnonis ſunt, trecenti anni ſunt:
uare ergo non vindicaſtis intra tempus hoc?* H. Grot. *l. 2. de B.
& P. c. 4.* tum de Jure Humano. vid. *L. 1. §. ult. ff. de Aqu. &
q. pluv. arcend. act.* ibique Comment. & Dd. quotquot de
nateriâ Præſcriptionis egerunt. Quidquid etiam de Jure
erpetuæ & impræſcriptibilis vindicationis Bonorum Coro-
æ Gallicæ incorporatorum pro Gallia ſpargatur: quippe
uod, *quantum ad ſuppoſitum*, nullo Juris Communis Gen-
um que fundamento, ſed ſolâ ſingularique Gallorum arro-
antiâ, nititur, cum nulla Gens, quanta quanta ſit, Lege
ſuâ

ſuà Civili, ſive ſcripta, ſive non ſcripta, tale Jus Impræſcriptibilitatis contra alias introducere valeat; *quantum vero ad ſubſumtum*, tantum à vero abſit, quod bona, de quibus quæritur, Coronæ Gallicæ antehac unquam incorporata fuerint, quantum ab eodem diſtat, quod ſolo animo & affectione rei Jus in illam adquiratur, aut bona Coronæ cuidam incorporabilia vel aliquando incorporanda pro Bonis jam incorporatis haberi, vel Jus de Incorporatis latum ad Incorporanda ſeu Incorporationi ſolo animo & affectione deſtinata extendi poſſit. (2.) Idem Jus Immedietatis Statusque Liberarum Imperii Civitatum Eisdem Decem Civitatibus Alſatiæ Unitis etiamnum atque tamdiu competere, donec ex parte Galliæ contrarium probetur: cum nulla mutatio præſumatur, ſed quælibet Res in priori ſuo ſtatu manſiſſe cenſeatur, maxime vero præſumtio pro Poſſeſſoribus non vitioſis & Bonæ Fidei militet, per notoria. Licet nulla deciſione legali, nulla declaratione conventionali, Juris ſui conſervativa, gauderent. Jam verò (3.) Idem Jus Immedietatis Libertatisque etiam Civitatibus noſtris per ipſam Pacem Monaſterienſem peculiari *Declaratione* expreſſe conſervatum, Gallis plane omni ulteriori prætenſioni Superioritatis Regiæ in easdem, quam in Tractatibus pro ſatisfactione ſua prætenderant, diſerte renunciantibus in §. *Teneatur.* ibi: *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argentinenſem & Baſileenſem cum Civitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per utramque Alſatiam Romano Imperio immediate ſubjectos Ordines, Abbates Murbacenſem & Luderenſem, Abbatiſſam Andilavienſem, Monaſterium in Valle S. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lützelſtein, Comites & Barones de Hanau, Fleckenſtein, Oberſtein, totiusque Inferioris Alſatiæ Nobilitatem, Item prædictas Decem Civitates Imperiales, quæ præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, in ea Libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Roma-*

Romanum, qua hactenus gaviſa ſunt, relinquere: Ita ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis Juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Galliæ ceduntur. Poſteaquam ſcil. intra Tractatus Status Imperii cum per *Declarationem de d.* $\frac{21}{11}$. *Aug.* 1648. Plenipotentiariis Gallicis exhibitam, tum per Literas ad ipſum Regem Chriſtianiſſimum *d. 28. Sept. eodem Anno* miſſas *immutabiliter* teſtati eſſent, ſe in prætenſionem Coronæ Gallicæ nunquam conſenſuros eſſe, ut cum ex Epitome Facti, eique adjunctis *ſub N. 28. & N. 29. A. & B.* tum ex infra deductis inter Rationes Reſpondendi amplius apparet. In cujus Declarationis, eamque ſecutæ Pacis Monaſterienſis, ſequelam non tantum exercitium Seſſionis & Voti Comitialis priſtinum quoad alia negotia Imperii Civitates noſtræ usque ad A. 1673. continuaverunt, verum etiam Legislationi & Conſtitutioni Receſſus Imperii de A. 1654. per Legatos ſuos interfuerunt, ut æquè ex Actis iſtius temporis, ac ex Subſcriptione ejusdem Receſſus manifeſtum eſt. Coronâ Gallica Immedietatem Libertatemque Imperialem earundem Civitatum per Tractatus Executionis Norimbergenſis, per Evacuationem & Reſtitutionem ſubſecutam, nec non conſenſu expreſſo tacitove in exercitium variorum Actuum Immedietatis Libertatisque Imperialis illativorum, e. g. Seſſionis Votique Comitialis, Jurisdictionis Territorialis, Contributionum cum Imperialium tum Circularium, Provocationis ad Suprema Imperii Dicaſteria &c. adgnoſcente: ut de Clauſulis Jurium Libertatis Immedietatisque Civitatum noſtrarum conſervativis, Capitulationibus noviſſimis, Leopoldianæ & Joſephinæ, inſertis, nihil dicam.

§. IX. Cujus *Declarationis* de A. 1648. apud Germanos tanta eſt exiſtimatio, ut eam non tantum ad Acta Im-

perii publica reponi, ſed & Cameræ Imperiali, tanquam normam & regulam in judicando, tranſmitti placuerit. *d. N. 28.* ibi: *Sed dictam Declarationem ab extraordinarius Imperii Deputatis ſubſcriptam & ſigillis ſuis firmatam, ad Acta Imperii publica penes Eminentiſſimum Electorem Archi-Cancellarium, ac Directorem Supremum, in perpetuam rei memoriam repoſuiſſe, non minus Camera Imperiali, tanquam normam & regulam in judicando & pronunciando, inprimis verò nomine, quo ſupra, altiſſimè memorata Galliarum Regiæ Majeſtati tranſmiſiſſe.*

§. X. Adſtipulatur d. Deductio ſuccincta, Hiſtoriam Pacificationis circa articulum præſentem perſpicuè referens, connexionemque cum inter §. *Tertio 73. cum ſeq. 74.* & §. *Teneatur*, tum inter hujus ipſius §. verſiculos bene docens, ibi: *A cette fin ſans s'arreſter aux pretenſions, que la Cou-*
„*ronne de France forma des le commencement du Traitte de Weſtpha-*
„*lie, demandant pour ſa ſatisfaction toute l'Alſace; il faut conſiderer,*
„*ce qui luy en fuſt accorde effectivement par la Concluſion du dit*
„*Traitte: Or eſt il, qu'en vertu du paragraphe Tertio Imperator*
„*pro ſe* &c. Et *Itemque dictus Landgraviatus* &c. *il a eſte cede a la dite Couronne le Sundgau, l'Advocatie de dix Villes & le Landgraviat de la Haute & Baſſe Alſace, avec tout les droits & Souverainete, que la Maiſon d'Auſtriche y avoit autrefois; Mais il ne ſe trouve pas un ſeul mot, que les autres Eſtats Immediats de*
„*l'Alſace, moins les terres de la Republique de Strasbourg ayant*
„*eſte cedes ou compriſes dans la dite Souverainete, pour raiſon*
„*de quoy & enfin qu'il n'en reſte aucun doute, les Eſtats Imme-*
„*diats de l'Alſace & nommement la Ville de Strasbourg en furent*
„*exemptes.* & ibi: *Mais il eſt apert d'abondance encore par le paragraphe Teneatur* &c. *le contenu de ce paragraphe eſt ſi clair, qu'il ne laiſſe aucun lieu a pretendre la Souverainete ſur les terres & tous ce qui depend de la Ville de Strasbourg* &c. & ibi: *Le paragraphe Teneatur* &c. *bien loin d'aider cette pretenſion, eſtablit tout le con-*

contraire & exempte nommement de ce, dont la Souverainete a eſte cedee a la Couronne de France, la Ville de Strasbourg, avec tout ce qui appartient a elle. Le verſet Itaque &c. *au dit* §. *ne peut aucunement eſtre eſtendu a la Ville de Strasbourg & ſes terres & appartenences &c. bien conſidere, que la Souverainete d'icelles n'a jamais eſte cedee a la Couronne: de plus ſelon les Concluſions meſmes de Mſr. l'Advocat General Favier, tout doit eſtre entendu & interprete de telle ſorte, qu'il n'implique aucune contradiction. Mais d'eſtre immediatement a l'Empire & d'eſtre Sujet a la Souverainete de la Couronne de France, ſont de contrarietes tout a fait incompatibles.* & ibi: *Auſſi la connexion du dit verſet:* Itaque &c. *fait voir tres clairement ſans laiſſer aucun lieu d'en douter, qu'il n'infere aucun droit nouveau outre ce qui avoit eſte cede auparavant a la Couronne de France, ou contraire a l'Immediatete reſervee ſi expreſſement a la Ville de Strasbourg & ſes appartenences, ainſi regarde ſeulement & uniquement ce dont il avoit eſte diſpoſe dans les paragraphes precedents, a ſçavoir le Landgraviat d'Alſace, le Sundgau & l'Advocatie des dix Villes. Car puisque dans le dit paragraphe, il eſt porte en termes expres,* Ut Rex Chriſtianiſſimus nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis Juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc pacificationis Tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur &c. *il eſtoit beſoin de confirmer & declarer par le paragraphe Ita tamen* &c. *jusques ou la Ceſſion faite dans le* §. *Tertio Imperator pro ſe* &c. §. *Itemque dictus Landgraviatus* &c. *ſe devoit eſtendre, ſcavoir, que la Couronne poſſedoit la dite Advocatie non pas en qualite de Fief mouvant de l'Empire, mais en propre & avec le droit de Souverainete; & c'eſt abſolument dans ce ſens, que les Etats de l'Empire, dont les deux paragraphes font mention, ont conſenti dans la ceſſion ſusdite & nullement, que l'Empire auroit transporte d'avantage que la Maiſon d'Auſtriche poſſedoit*

autrefois, ainſi renonce ſeulement aux Droits feodaux, veuque ſans cela La Couronne de France ne pouvoit jamais tenir les terres cedees qu'en qualite de fiefs relevants de l'Empire & non pas abſolument & avec le droit de la Souverainete. La Verite de cela, & que dans le Traitte de Weſtphalie la dite ceſſion n'a jamais eu, ny pu avoir autre ſens, que comme dit eſt, eſt eſtabli tres ſolidement par les Actes & Memoires du dit Traitte, les aſſeurances & aſſeverances tres amples & tres naifues & tres fortes qu'en avoit faites Monſieur de Servient alors Plenipotentiaire de Sa Majeſte Tres-Chreſtienne touchant la Ville de Strasbourg, & par la Lettre des Eſtats de l'Empire ecritte a Sa Majeſte Tres-Chreſtienne en datte du 28. Septembre 1648. dans la quelle cette matiere eſt deduite fort amplement, ſans que de la part de Sa Majeſte Tres-Chreſtienne on aye jamais deſavoue ny contredit jusques au temps preſent tout ce qui a eſte repreſente & reſerve par icelle. Add. *Appendix Relat. Summar ſub N. 27.* adjuncta, *ſupr c. 1. cit. cum tot. c. 1.*

Rationes Reſpondendi. ***1. ad argumentum à Ceſſione Supremi Dom. in totam Alſatiam petitum.***

§. XI. Nec movet primum Gallorum argumentum, à *Ceſſione Supremi Dominii in totam Alſatiam*, ex ejusdem Inſtrum. Pac. Monaſter. §. *Tertio Imperator & ſq.* petitum. In verbis enim dictorum paragraphorum, in quantum Alſatiam concernunt, (1.) Coronæ Gallicæ nihil aliud ceditur, quam *Jura Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ in Alſatia antehac competentia*: d. §. *Tertio Imperator.* 73. ibi: *pro ſe totaque Sereniſſima Domo Auſtriaca*, & ibi: *quæ hactenus Familiæ Auſtriacæ competebant.* junct. §. *Teneatur.* 87. ibi: *Sed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant* &c. conf. *Declaratio Statuum Imperii de A. 1648. N. 28.* ibi: *non minus unanimiter exiſtimarent, quod aliud nihil cedi unquam mens fuerit, quam quæ in propriis dictorum Epiſcopatuum territoriis continentur,* tum in Alſatia Sereniſſima Domus Auſtriaca ante hos poſſedit motus, *præcipuè cum & Cæſarea Majeſtas non niſi juxta prætactam Statuum mentem, & modo allegatos fines ceſſio-*

ceſſionem & reſpectivè renunciationem fieri voluerit &c. & *N. 29. lit. B.* ibi: *eadem forma, qua hactenus Archiduces Auſtriæ eam poſſiderunt* &c. & ibi: (2.) *quoties mentio fit in articulo ſatisfactionis, vel Ceſſionum literis, Superioris & Inferioris Alſatiæ, Sundgoviæ, & Provincialis Præfecturæ Hagenoenſis, nihil aliud eo nomine translatum & ceſſum intelligatur, quam quæ ad Domum Auſtriacam ſpectaverunt, atque ab ea cedi potuerunt, nec ceſſio hac ullum præjudicium afferat illi Statuum, vel etiam immediatæ Nobilitati & in ſua Libertatis & immedietatis erga Imperium Rom. poſſeſſione, vel Juribus & bonis ubicunque ſitis.* Cum literis Eorundem ad Regem Chriſtianiſſimum de die 28. *Sept. ejusd. Anni* ibi: *etiam quantum in nobiliſſimâ Germaniæ Provincia, Alſatia, Domus Auſtriaca hactenus hereditariè poſſedit, ſatisfactionis loco cedat* &c. & ibi: *Sanè quemadmodum Domini Cæſareani ſeſe plus juris, quam Domui Auſtriacæ in Alſatia hactenus competiit, & olim Epiſcopi in prædictis Epiſcopatibus poſſederunt, in Coronam Galliæ transferre, neque voluiſſe, neque potuiſſe, ſeriò adfirmant, eoque nomine ad fidem Protocollorum provocant, ita nec in noſtra ſitum eſt poteſtate, ulli Conſtatuum Imperii præripere, quæ neque nobis accepta ferunt, neque precariò, ſed ſuo jure poſſident* &c. nec non *Literæ Eorundem Statuum ad Eundem Regem de A.* 1680. *d. 27. Julii.* ibi: *Sed iis juribus contenta maneat, quæcunque ad Sereniſſimam Domum Auſtriacam ſpectabant, & per Contractum illum Pacificationis ceſſa fuere.* & ibi: *cum nihil amplius ceſſum ſit, quam quod dicto tempore à Sereniſſima Auſtriaca Domo poſſeſſum fuit.* Item *Literæ Eorundem* de A. 1681. ad Literas Regias reſponſoriæ, ibi: *æquè fragile eſt alterum* &c. *ſub N. 65.* Ex quibus omnibus locis manifeſtum eſt, Imperatori & Statibus Imperii, ceſſionem loco ſatisfactionis Gallicæ agitantibus, nihil quicquàm præter jura Auſtriaca in mentem veniſſe. (2.) Ceduntur tantum Jura *in Alſatia*, non Jura *in Alſatiam*, multo minus *ipſa totaq; Alſatia*: d. §. *Tertio Impera-*

 tor.

tor. 73. ibi: *cedunt omnibus Juribus in Landgraviatum* Superioris & Inferioris *Alſatiæ*, *Præfecturamq; Provincialem* decem Civitatum Imperialium *in Alſatia* ſitarum, conf. *d. Lit. Statuum ad Regem Chriſtianiſſimum de A. 1680. d. 27. Jul. ſub N. 63.* ibi: *certa etiam Alſatiæ pars.* & ibi: *præter novum aliquod homagium à X. Civitatibus Imperialibus* in Alſatia (non ceſſa) *ſitis.* & ibi: *patet quoq; Landgraviatus ceſſione neutiquam univerſam Alſatiam ceſſam, imò ne quidem ulli paciſcentium adeò enormem ceſſionem in mentem veniſſe. Quemadmodum enim ibi, ſcil. §. Tertio Imperator 73. quid Regiæ Majeſtati Veſtræ in Alſatia ceſſum fuerit, nominatim deſignatur, nempe oppidum Briſacum, Landgraviatus Sup. & Infer. Alſatiæ (non tota Alſatia) Sundgovia, Præfecturaq; Provincialis X. Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum (non verò ipſæ Civitates Imperiales) omnesq; pagi, & alia quæcunq; jura, quæ à dicta Præfectura, (non ab Alſatia vel dictis Civitatibus) dependent, adeoq; Alſatiam à Landgraviatu & ejusdem Præfectura Provinciali maximè ſemper diſtinctam fuiſſe, evidenter probatur* &c. & ibi: *His ita præmiſſis, nulla ratio ſupereſt, qua totam Alſatiam ceſſam fuiſſe evinci poterit.* & ibi: *& Landgraviatus Alſatiæ, cum Præfectura Hagenoënſi duntaxat, neq; tota Alſatia ceſſa deprehenditur.* (3.) Inter Jura Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ *in Alſatia* competentia *Superioritas Territorialis in X. Civitates noſtras*, non magis, *quam in reliquos per utramq; Alſatiam Imperio Germ. immediatè ſubjectos Ordines in d. §. Teneatur. nominatos*, relata unquam fuit. vid. *d.* §. ibi: *item decem prædictas Civitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoënſem agnoſcunt, in ea Libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Rom. qua hactenus gaviſæ ſunt, relinquere*, & ibi: *ita ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur*: ubi diſertè *Libertas* atque *Immedietas Imperialis* Civitatibus

bus

bus noſtris adſcribitur, econtra verò Superioritas Territorialis in Ordines in *d.* §. nominatos Juribus Auſtriacis opponitur. conf. *ſupr. Epitome rer. in cauſ. hac geſt. c. 1.* §. 4. Quantumvis Eidem Sereniſſimæ Domui Archiducali extra territoria Statuum Ordinumque *in d.* §. *Teneatur.* nominatorum, extraque Landgraviatum & Præfecturam Provincialem Hagenoënſem, in quibusdam partibus Superioris Alſatiæ Superioritas Territorialis fortè competierit, atque ad eas reſpexerint verba Documenti *ſub N. 10.* adjuncti, ibi: **im Nahmen und als regierender Fürſt derſelben unſerer Lande / mit Nahmen Elſaß / Sundgau / Breißgau / der Graffſchafft Pfürth / ſamt dem Schwartz-Wald /** cum hic non de alia re magis quæratur, quam de eâ, utrum Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ Superioritas Territorialis in X. Civitates noſtras cæteroſque Ordines in §. *Teneatur* nominatos inter Jura Alſatica unquam competierit? quod negatur, ipſo Documenti adjuncti contextu ſuffragante. ibi: **Wir Biſchoff zu Straßburg / Wir Biſchoff zu Baſel / Wir die Burgermeiſter / Meiſter und Rähte / der Stådten / Straßburg / Baſel / Colmar und Schlettſtatt ꝛc.** quibus cum Ordinibus ſanè Maximilianus I. Rex Rom. ut Archidux Auſtriæ Fœdus ibi contentum non contraxiſſet, ſi Dominus Eorundem territorialis fuiſſet. (4.) Ex Juribus Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ *in Alſatia* competentibus Coronæ Gallicæ ceduntur tantum duo, *non omnia*, nimirum *Jus in Landgraviatum* utriusque Alſatiæ & *Jus in Landvogtejam* ſive *Præfecturam Provincialem Hagenovienſem.* *d.* §. *Tertio Imperator. 73.* ibi: *cedunt juribus, quæ hactenus Sibi, Imperio & Familiæ Auſtriacæ competebant in Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, Præfecturamque Provincialem X. Civitatum in Alſatia ſitarum &c. omnesque pagos & alia quæcunque Jura, quæ à dicta Præfectura dependent.* & §. 74. *Itemque*

que

que &c. ibi: *Itemque dictus Landgraviatus utriusque Alſatiæ, tum etiam Præfectura Provincialis in dictas decem Civitates & loca dependentia* &c. & ibi: *quicquam Juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis* &c. junct. *d.* §. *Teneatur.* ibi: *& per hunc pacificationis tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur*: quæ *verba* Jurium Auſtriacorum ceſſorum *reſtrictiva* ſunt. conf. *d. Declaratio Statuum de A. 1648.* ſub N. 29. B. *& litera Eorundem ad Regem Chriſtianiſſimum de Annis* 1648. 1680. *&* 1681. *ſub N. 29. A. N. 63. & N. 65.* Quæ omnia loca palam faciunt, quod ultra modo dicta Jura in allegatis paragraphis expreſſa nihil aliud cedendum, nedum objectum tam enorme, quale à Gallis prætenditur, Imperatori & Imperio in mentem venerit. (5.) *Landgraviatus* Superioris & Inferioris Alſatiæ, (de cujus origine & antiquitate videatur Obrecht. *Prodr. Rer. Alſ. c. 12.*) *primò*, nullam Superioritatem ſive poteſtatem Territorialem unquam importavit, ſed tantum *poteſtatem juris dicundi ſeu Judiciariam adminiſtratoriam quaſi præſidialem* ab Imperio Germanico ejusque Jurisdictione majeſtatica *dependentem*, ab initio quidem *merè perſonalem*, poſtea verò *feudalem* & *ad ſucceſſores tranſitoriam.* Obrecht. *d. c. 12.* unde etiam *Landgraviatus* das Land-Gericht / *Landgravius* verò der Land-Richter / in Literis Inveſtiturarum & Privilegiis Exemptionum &c. appellantur. vid. Adjuncta ſub N. 6. 7. 8. 9. & 12. conf. ſupr. *c. 1.* §. 3. add. Guillimann. *Habsb. L. 2. c. 5.* citat. Ulric. Obrecht. *Prodrom. Rer. Alſat. p. 261. in fin.* ibi: *Jam tum tamen eos huic Regioni præfectos tanquam* Lantgraven, *hoc eſt*, Rectores & Judices Provinciales, *non auſim aſſerere.* conf. id. Obrecht. *p. 291. in fin.* Ubi *Comites Provinciales* Alſatiæ, i. e Landgravii, *Judices* appellantur. Quamvis officium Landgraviatus Alſatiæ *officium cum dignitate* conjunctum fuiſſe non negaverim, & ob hoc ipſum Principes, quibus collatum fuit, ſuis titulis illud adſcribere non dubitaverint:

de

Digitized by Google

de quibus infra. *Secundò*, ſe non extendit ad omnes partes
utriusque Alſatiæ, ſed ad certa tantum ejusdem loca. vid.
Ulric. Obrecht. d. *Prodrom. rer. Alſat. d. c. 12. p. 289. ſeqq.* ut
alia Judicia provincialia Germaniæ, de quibus Henr. Coccej.
Prud. Jur. publ. c. 32. §. 41. *& ſeqq* ibi: Provincialia: Kay-«
ſerliche Land-Gerichte; quæ & dicuntur Landgraviatus in«
Ord. Kotwvilenſ. Conrad. III. p. 8. ac ſunt: duo Suevica,«
Land-Gerichte in Schwaben 1. auf der Leutkircher Heyd«
in der Purſch. Wehner. d. c. 8. n. 13. Limn. enucl. L. 4. c. 74.«
in f. 2. Wyngartenſe, quod habetur in pago Wyngarten/«
& tribus Imperii urbibus, Rawenſpurg / Wangen / Ey-«
ſenach. Wehner. d. c. 8. n. 10. Limn. enucl. d. c. 4. Duo«
Franconica: 1. Herbipolenſe; Wehner. d. c. 8. n. 4. & Onolz-«
pacenſe, quod cohæret Burggraviatui Norico. Wehner. d.«
c. 8. n. 9. Limn. enucl. d. c. 74. in f. Speidel. Lex. voc. Land-«
Gericht. & ibi: unum Rhenenſe, Hagenoæ. Landvogtey-«
Gericht auf der Lauben. Wehner. d. c. 8. n. 7. Weſtpha-«
lica plura. Id. Coccej. c. 5. §. 39. ibi: Landgraviatus verò«
Alſatiæ, qui d. §. 73. ceſſus eſt, nudum nomen Judicii eſt,«
Land-Gericht / uti reliqua in terris immediatis (qualis &«
Alſatia eſt) Judicia Regni Provincialia, die Kayſerliche Land-«
Gericht in Schwaben / Francken ꝛc. quæ & ipſa Landgra-«
viatus dicuntur: etſi enim Landgraviatus in terris mediatis«
in veros Principatus jam olim erecti ſint, in immediatis ta-«
men manſere Judicii & Jurisdictionis nomina. Id. Coccej.«
d. c. 32. §. 41. in Addit. ibi: & talis quoque eſt Landgravia-«
tus Alſatiæ: nam in terris immediatis manſere nomina Offi-«
cii & Judicii; in mediatis in Principatus erecti ſunt. add.«
ſupr. c. 1. §. 3. Certè, ſe non extendit ſupra Civitates no-
ſtras & reliquos Ordines in *d. §. Teneatur.* nominatos, quippe
quorum Immedietas & Libertas Juribus in Landgraviatum in
§§. 73. & 74. ceſſis diſertè opponuntur. *Tertiò*, Landgra-

H viatus

Digitized by Google

viatus utriusque Alſatiæ non ſignificat *territorium* phyſicum vel diſtrictum certum naturalem terrarum rerumque corporalium in ſenſus incurrentem, ſed poteſtatem Judiciariam certi diſtrictus moralis civilisque intellectu comprehendendi, Jus, inquam, judicandi de factis & actionibus hominum rebusque certi diſtrictus, atque ita *rem incorporalem*: quemadmodum datur Jurisdictio Spiritualis ſeu Eccleſiaſtica diœceſana, Jurisdictio Feudalis, Emphyteutica, nec non conventionales aliæ variæ, atque res exemplo Judiciorum Germaniæ Provincialium aliorum, e.g. Suevicorum, ſatis conſtat. Adeò, ut (accuratè loquendo) quicquid fortè *Bonorum*, Rerum, Hominum, Prædiorum, &c. *pertinentiarum* nomine, *cum* Landgraviatu ipſo ſeu poteſtate Judiciaria ab Imperatore & Imperio Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ in Feudum conceſſum eſt, non alio jure, quam quo ipſe Landgraviatus (tanquam principale) cenſendum fuerit, h. e. jure Dominii *utilitatis feudalis*, *Landgravialis*, nec magis *territorii* vel *ſuperioritatis territorialis* rationem, quam ipſe Landgraviatus habuerit; nunc verò, poſtquam cum Supremo Dominio Coronæ Gallicæ ceſſum eſt, huic quidem jure *Supremi Dominii*, ſed tantum *Landgravialis* (licet ſine nexu feudali) vel, ſi mavis, jure *uſusfructus* ſeu *uſus* cujusdam, Landgravialis, independentis quidem, ſed *non Territorialis*, (Supremo *Dominio territoriali*, in eas partes Alſatiæ, quæ Landgraviatum adgnoſcunt, penes Imperium manente) competat, ut infra amplius apparebit. Dico, *quicquid Bonorum*, *Rerum*, *Hominum*, *Prædiorum*, &c. *pertinentiarum nomine cum Landgraviatu in Feudum conceſſum eſt*; non, *quicquid Jurisdictionem Landgravialem ſeu Judicii Imperii Provincialis Alſatici adgnovit*, cum plura loca Jurisdictionem Imperii Provincialem ſeu Landgravialem adgnoſcere potuerint, quæ cum Landgraviatu in Feudum conceſſa non fuerunt, nec *Bonorum* ad

Land-

Landgraviatum pertinentium rationem habuerunt; nec quicquam impediat, quo minus Principes Imperii, vel Civitates Imperiales, quantumvis Status Imperii ſint, à Judiciis Imperii Provincialibus, e.g. Rotvvilenſi, Suevicis &c. judicentur, quia id, ſalvo Jure Superioritatis territorialis, contingere poteſt, quippe Jurisdictione Imperiali, qua Judicia Imperii Provincialia gaudent, non magis, quam Judicii Cæſarei Aulici vel Cameræ Imperialis, Immedietati Ordinum Imperii quicquam derogante. Non obſtante particula ſive voce Land / in vocabulo Landgraffſchafft ex ea compoſito, quam nihil aliud, niſi diſtrictum terræ Jurisdictionem dependentem adminiſtratoriam adgnoſcentis, ſignificare, conjuncta vox *Graviatus*, Graffſchafft / demonſtrat, utpote quam olim & hodie, ubi aliud probari nequit, nullam Superioritatem territorialem, nullum dominium territoriale, denotaſſe vel arguiſſe, ſed in ſola juris dicundi poteſtate dependente quaſi præſidiali ſeu prætoria conſtitiſſe, in prudentia Juris Publici notorium eſt, donec alicubi in Jurisdictionem & Superioritatem territorialem ſive territoriale *Dominium*, in die Lands-Herrlichkeit / mutaretur; Ex quo inter *Judices Provinciæ*, zwiſchen denen Land-Richtern / ſeu Land-Graffen / & inter *Dominos Provinciæ*, denen Lands-Herren / nec non inter Landgravios *territoriales* & *ſimplices*, ſeu *adminiſtratorios*, diſtinctum fuit. *Quartò*, Jura in *Landgraviatum* Sup. & Inf. Alſatiæ æquè ac in *Landvogtejam*, Coronæ Gallicæ ceſſa, Eidem ceſſa ſunt tanquam Jura ad Sereniſs. Domum Auſtriacam pertinentia; Atqui Eidem Sereniſſimæ Domui neque *ſub Landgraviatus*, neque *ſub Landvogteja*, nominibus quidquam Superioritatis *territorialis*, neque in Civitates noſtras, neque in reliquos Ordines Alſatiæ in §. *Teneatur* nominatos, competiit. Accedit notabile diſcrimen *formularum ceſſionis* circa diverſa ejusdem objecta in Inſtrumento

mento Pacis Weſtphalicæ obſervatum, puta *formulæ ceſſionis Briſaci* à formula ceſſionis *Landgraviatus* & *Landvogtejæ*, quarum illa continet clauſulam *cum omni Territorio & Banno*, hæc, licet plurium acceſſionum & pertinentiarum meminerit, *Territorii* tamen & *Banni* nullam mentionem injicit. Conf. *Acta in cauſa* Oetingen contra Fleckenſtein / die Eilff Dörffer im Uffrieth des Untern-Elſaſſes betreffend / *ante 30. annos, & quod excurrit, coram Auguſto Judicio Cæſar. Aulico agitata*: In quibus ex parte Reorum operosè deductum eſt, ſublimi Domui Illuſtriſſimorum Dominorum Comitum ab Oetingen iis temporibus, quibus Landgraviatum in inferiori Alſatia geſſit, ſub nomine *Landgraviatus nihil* prorſus *Territorii* Alſatici competiiſſe. *Quintò*, ſicut Landgravialis Jurisdictio nihil aliud fuit, quam Jurisdictio Imperii Provincialis, conſequenter dependens & merè adminiſtratoria, non territorialis, non propria, ita ab initio & tamdiu tantum *perſonalis* fuit, donec ab Imperatoribus in feudum Imperiale concederetur: *cum enim Ducatus & Comitatus hereditarii facti ſunt, eorum limites atque ambitum latius porrectum non fuiſſe, quam patuerant, cum adhuc eſſent perſonales* & *temporarii; quæque adeò Comitatibus Alſatiæ Provincialibus exemta fuerant, cum mero adhuc Magiſtratus officio adminiſtrarentur, illa comprehenſa quoque iisdem minime fuiſſe, poſtquam in jus & dignitates perpetuas ac hereditarias ſunt converſi*, verba ſunt Ulrici Obrechti *Prodrom. rer. Alſat. c. 12. p. 295. & ſq.* Licet autem ſucceſſu temporis eadem Jurisdictio Landgravialis feudalis facta fuerit, tamen in Jurisdictionem territorialem nunquam tranſiit, ſed in ſtatu & genere Jurisdictionis feudalis ſimplicis adminiſtratoriæque manſit, Landgraviis quippe, quantumvis hereditario jure gaudentibus, mero tamen Magiſtratus officio munus Landgraviale adminiſtrantibus: adeò ut ex literis Inveſtiturarum Inſtrumentisque ceſſionum Landgravia-

lium

Digitized by Google

lium evidenter appareat, quod in conceſſionibus partium Landgraviatus ditiones & territoria Dominorum Landgraviatum ſeu Jurisdictionem Landgravialem agnoſcentium ab ipſo Landgraviatu disertè diſtinguantur, & Domini terrarum ſeu territoriorum prius conſtituti poſtea demum jura Landgravialia acquiſiviſſe legantur: ſicut illuſtre exemplum exhibet Documentum ceſſionis Landgravialis inter Comites Oetingenſes & Simonem Dominum de Liechtenberg authoritate Caroli IV. Imperatoris factæ, eidem Obrechto *d. r. p. 306. & ſqq.* relatum. *Sextò*, Landgraviatus inferioris Alſatiæ à Landgraviatu ſuperioris Alſatiæ non nomine tantum & partitione Provinciæ, ſed Landgraviorum jure & munere quoque diviſus ſeparatusque fuit, notante eodem Obrechto *p.* 303. quæ ſanè diſtinctio in Landgraviatum Territorialem minimè cadit, ſed adminiſtratorio ſeu ſimplici propria eſt. Ut, *Septimò*, de *terminis* Landgraviatus Alſatici atque de *exemptione* ſeu *immunitate* plurimorum membrorum Alſatiæ ab eodem, in ſpecie de *Mundato* Epiſcopatus Argentinenſis Superiori & Inferiori, nihil dicam, de quibus ab eodem Obrechto *p. 289.* it. *291. & ſqq.* ſatis dictum eſt. *Landgraviatus* enim ſeu Judicium Provinciale Alſatiæ, *non infinitus*, ſed ſuis terminis circumſcriptus fuit, de quorum quantitate ut ſucceſſu temporis dubitatum fuit, ita Ulricus Obrechtus in ſæpe alleg. *Prodrom. rer. Alſat. c. 12. p. 289.* præſidia quædam, ad deſcribendos dijudicandosque Landgraviatus tam ſuperioris quam inferioris, terminos, neceſſaria ſuppeditavit; idem, qui Catalogum locorum à Landgraviatu partim jure communi, partim ſpecialibus Regum Diplomatibus exemtorum, retulit. In quorum poſteriorum numero Civitates Imperiales *Argentoratum* & *Colmaria* illuſtres fuerunt. Id. Obrecht. *d. l.* junct. *Adjunctis ſub N. VI. VII. VIII. IX. & XII.* ſupra *c. 1. §. 3.* citatis: quod probè notandum

dum eſt. (6.) Ceſſio facta fuit cum expreſſa lege de non prætendendo in poſterum, §. *Teneatur*. ibi: *ita ut nullam ulterius prætendere poſſit*: quæ verba licet Plenipotentiarius Regius Dn. Gravellius, inter Acta Arbitrii Ratisbonenſis Anni 1668. à *protenſione reſtrictioneve temporis* ad *extenſionem limitationemve territorii*, trahere conatus fuerit, omnibus tamen palam apertumque eſſe exiſtimo, contextum, neque verborum neque rei ipſius atque hiſtoriæ facti, contortam talem interpretationem admittere.

§. XII. Nec urgeri poſſunt validè ſequentes Ceſſionis circumſtantiæ: Non I. Ceſſionem factam eſſe *ab Imperatore & Imperio conjunctim cum Domo Auſtriaca*, *non à ſola Domo Auſtriaca. d.* §. 73. ibi: *Tertio Imperator pro ſe totaque Sereniſſima Domo Auſtriaca, itemque Imperium cedunt omnibus juribus, proprietatibus, Dominiis, poſſeſſionibus, ac jurisdictionibus, quæ hactenus ſibi, Imperio & familiæ Auſtriacæ competebant* &c. & ibi: *absque Cæſaris, Imperii, Domusque Auſtriacæ vel cujuscunque alterius contradictione.* Sicut enim Ceſſio iſta facta eſt ab Imperatore duplici reſpectu 1. ab Imperatore, *qua Archiduce.* 2. ab eodem, *qua Imperatore*; in quantum verò ab eodem ut Archiduce facta eſt, ultra jura Auſtriaca facta eſſe dici nequit, ita, in quantum ab eo facta eſt ut ab Imperatore & quidem una cum Imperio, ab iisdem facta eſt, tanquam *à ſubjecto eminente*, *non Jurium* quorumcunque ſibi *in Alſatia*, multo *minus in Alſatiam*, competentium, ſed tantum ut à Subjecto Eminente Jurium Auſtriacorum ibidem recenſitorum, puta Briſaci, Suntgoviæ, Landgraviatus & Landvogtejæ Alſat. Et quidem eam ipſam ob cauſam ab iisdem conjunctim cum Domo Auſtriaca facta eſt, ut Ceſſio ad Jura Auſtriaca reſtringeretur, cum ſi Imperator & Imperium omnibus Juribus ſibi in Alſatia competentibus Coronæ Gallicæ cedere voluiſſent, vel conjunctione cum ſola Domo

Auſtriaca

Auſtriaca non habuiſſent opus, vel conjunctione & conſenſu omnium Ordinum Alſatiæ indiguiſſent. Quo & faciunt verba verſ. *adeò.* ibi : *adeò, ut nullus omnino Imperator, aut familiæ Auſtriacæ Princeps quidquam juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat.* Quibus verbis Ceſſio *Imperatoris* dilettè ad partes præmemoratas cis & ultra Rhenum ſitas (h. e. ad Briſacum, Suntgoviam, Landgraviatum & Landvogtejam Alſat.) reſtringitur.

Non II. Ceſſionem factam eſſe *omnium Jurium, proprietatum, dominiorum, poſſeſſionum, ac Juriſdictionum*: in continenti enim ſequitur reſtrictio duplex, prior in verbis, *quæ hactenus ſibi, Imperio & Familiæ Auſtriacæ competebant*, quibus demonſtratur, ceſſionem factam eſſe eorum Jurium, quæ Imperatori & Imperio conjunctim cum Domo Auſtriaca competebant, non quorumcunque Jurium Imperio in Alſatia competentium ; poſterior in verbis, *in oppidum Briſacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque Provincialem X. Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum* &c. quibus oſtenditur, ceſſionem factam eſſe, quantum ad Alſatiam, tantum Jurium &c. *in Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ* & *in Landvogtejam ſeu Præfecturam Provincialem* X. Civitatum Imperialium in eadem Alſatia ſitarum, *omnesque in pagos & alia quæcunque jura, quæ à dicta Præfectura dependent, non in Alſatiam*, non *in X. Civitates earumve territorium*: ſubſequente notabili diſcrimine formulæ ceſſionis Briſaaci à formula ceſſionis Landgraviatus & Landvogtejæ ſeu Præfecturæ Hagenovienſis : quarum illa continet clauſulam *cum omni Territorio & Banno*, hæc, licet plurium acceſſoriorum & pertinentiarum meminerit, Territorii tamen & Banni nullam mentionem injicit, ut jam dictum eſt.

Non

Non III. Ceſſionem factam eſſe cum mentione, *omnium Vaſallorum*, *Subditorum*, *Landſaſſiorum*, *hominum*, *oppidorum*, *caſtrorum*, *villarum*, *arcium*, *ſylvarum*, *foreſtorum*, *auri-argenti-aliorumque mineralium fodinarum*, *fluminum*, *rivorum*, *paſcuorum* &c. Per omnia enim hæc entia *non* intelliguntur *appertinentia ipſius Alſatiæ* ſeu *Territorii* ejusdem *ſupremive dominii Territorialis*, ſed *Jurium Auſtriacorum extra Alſatiam* reſpectivè *Briſaaci*, *Suntgoviæ*, vel, *ſi Jura* Auſtriaca *in Alſatia* intelliguntur, Jura eidem competentia *præter Landgraviatum*, nec non *Præfecturam Hagenovienſem*, ſive *Landvogtejam*, intelligenda ſunt, vel, *ſi Jura ad Landgraviatum* & *Landvogtejam* pertinentia intelliguntur, talia, quæ rationem reſpectivè *Bonorum Landgravialium* & *Landvogtejicorum* ſeu *Advocaticorum*, una *cum* Landgraviatu vel Landvogteja, ut *connexa* quædam, ceſſorum, habent, intelligenda ſunt. arg. *L. 86. junct. l. 198. de V. S.* non item ea, quæ *Juriſdictioni Landgraviatus ſubjecta* ſunt: quæ rationem *Bonorum appertinentium* non habent, nec una cum Landgraviatu vel Landvogteja ceſſa dici poſſunt. Ceduntur enim illa omnia entia *cum ſupremo dominio*, non ſupremum dominium *cum his entibus*. conf. Coccej. *d. l.* quæ autem *juriſdictioni* tantum *Landgraviatus ſubjecta* fuerunt, cum ſupremo dominio ceſſa dici nequeunt. De qualibus Juribus Landgraviatui *connexis*, puta de Feudis, de Vaſallis Landgravialibus, aliisque juribus acceſſoriis, nec non de augmento Landgraviatus terminorum, conferri poteſt ſæpe allegatus Obrechtus *d. Prodr. rer. Alſat. p. 285. 296. 303. in fin p. 305. 306. & 307.* & quidem *p. 285.* ibi: *Landgraviatus enim Epiſcopatus beneficium nunquam fuit; ſed Landgraviatui feuda quædam connexa fuerunt, quæ ab Epiſcopatu dependebant, & de quibus Landgravii inferioris Alſatiæ ab Epiſcopis inveſtiebantur.* it. *p. 307.* ibi: *Ceſſerunt poteſtatem judiciariam cum omni reliquo jure & emolumentis, quæ vi Land-*

Digitized by Google

Landgraviatus, jure Feudi ab Imperatore & Imperio acceperant &c. it. *p. 306.* ibi: *Landgravii Alſatiæ Vaſallos ſuos inter Eckenbach & Sornam abſolverunt à Juramento fidelitatis; idque præſtari juſſerunt Johanni Epiſcopo Argentinenſi.* it. *p. 303.* in f. ibi: *de juribus bonisve illi (Superioris Alſatiæ) Landgraviatui connexis rerum Auſtriacarum Scriptores, ac inprimis Speculum Fuggerianum abunde tradiderunt. Landgravii Inferioris Alſatiæ, quæ in hac Provinciæ parte jura habuerint, ex variis illorum Ceſſionibus colligi poteſt.* it. p. 305. ibi: *Vendiderunt partem, quam ab Epiſcopatu in feudum tenebant, in* Werden & Francкenberg / *cum aliquot pagis, decimis, cenſibus, reditibus, qui in ipſo venditionis Inſtrumento ſingillatim enumerantur, quosque & ipſos ab Epiſcopatu feudi jure poſſederant.* it. *p. 306. pr. Johannes Epiſcopus terras illas, quæ ad Landgraviatum pertinent, non tantum emolumenti annui & fructuum inferre, ut magnitudini pretii expoſiti juxta communem æſtimationem reſponderet,* &c. it. *p. 296.* ibi: *niſi quod Comites Provinciales ipſi è privato allodialique patrimonio, vel feudis peculiariter ſibi collatis, Comitatuum ſuorum terminos interdum auxerunt.*

Non IV. Ceſſionem factam eſſe *omnium jurium, Regalium, & Appertinentiarum, absque ulla reſervatione*: Per *omnia* enim *Jura* intelliguntur vel *omnia* Jura Auſtriaca extra Alſatiam, ideoque Jura certi ſubjecti, puta reſpectivè Briſaaci & Suntgoviæ, vel, ſi Jura Auſtriaca intra Alſatiam intelliguntur, Jura eidem Domui Sereniſſimæ Auſtriacæ forte præter Landgraviatum competentia, intelliguntur, vel, ſi Jura Landgraviatus & Landvogtejæ intelliguntur, utriusque Jura acceſſoria intelliguntur. Per *Regalia* autem non intelliguntur Regalia Territorii Alſatici ſeu ipſius Alſatiæ, multo minus Superioritatis Supremive Dominii; ſed Landgraviatus & Præfecturæ Hagenovienſis, aliorumve Jurium Auſtriacorum, acceſſoria, arg. verb. *Appertinentiarum*, quia Perti-

 nentia-

Digitized by Google

nentiarum Species ſunt: Et quidem in eo ſenſu Regalium, quo Regalia Redituum acceſſoriorum rationem habent. conf. Coccej. *Prud. Jur. Publ. d. l.* Regalia, inquam, Fiſci, non Majeſtatis, ut quidam loquuntur. conf. *ſupr. Epitom. Rer. geſt. c.* 1. §. 3. ibi: *Landgraviatus, non Supremi Dominii Territorialis, pertinentia & acceſſiones ſunt.* Fuerunt enim acceſſoria & dependentiæ reſpectivè Juris Landgravialis, non terrarum Jurisdictioni Landgraviorum ſubjectarum: Landgravii autem nihil aliud, quam Judices Provinciales Imperii, ſeu Præſides Provinciarum Jurisdictione Imperiali certi diſtrictus gaudentes cum Regalibus eidem inveſtiturâ annexis ſeu adjectis, ut ſupra apparuit. Vel fuerunt Regalia aliorum Jurium Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ præter Landgraviatum competentium acceſſoria.

Non V. Ceſſionem factam eſſe cum clauſula, *cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate Supremoque Dominio:* Vel enim iſta clauſula ad Alſatiam planè non pertinet, ſed ad Briſaacum & Suntgoviam tantum, atque ita ad Jura, quæ ad Domum Archiducalem extra Alſatiam ſpectabant; vel ſi ad Alſatiam pertinet, ad Jura Auſtriacæ Domui præter Landgraviatum & Landvogtejam competentia pertinet; vel denique ſi ad Landgraviatum & Landvogtejam referenda eſt, Jurisdictionem, Superioritatem Supremumque Dominium *non territoriale*, ſed *Landgraviale* & *Landvogtejicum* ſeu *Advocaticum*, important, qualia Jura jure Supremi Dominii uni Domino publico in Jura utilitatis, uſusfructus uſusve, aliasque res incorporales, in alterius territorio ſitas competere poſſunt. Dominium Supremum, inquam, Jurium rerumque incorporalium, non corporum, non *territorii*, de quo egregiè diſſeruit M. A. Galvanus, excellentiſſimus ſui ſeculi JCtus, *in tr. de Vſufructu cap. 25. n. 5. cap. 26. cap. 27. & cap. 28.* Dominio *territoriali* rerumque corporalium penes Imperium

manente:

nanente: cum ſermo ſit de Landgraviatu & Landvogteja ceſſis *cum Supremo Dominio*, non de Supremo Dominio ceſſo cum *Landgraviatu & Landvogteja*, tale autem Dominium ſit, quale ſubjectum ejus patitur: itaque non aliud Supremum Dominium, quam 1. *Jurium*, non *Terrarum*. 2. *Auſtriacorum* tantum, non aliorum Imperialium. 3. *ceſſorum*, quæve probari poſſunt ſub ceſſis per Pacem Monaſter. contineri. arg. §. *Teneatur*. ibi: *& per hunc Pacif. tractatum ceduntur*. h. e. Juris Landgraviatus & Juris Præfect. Hagenov. ſeu Landvogtejæ, eorumque Regalium & Appertinentiarum, quæ Jurium principalium naturam ſequuntur. 4. Dominium *utilitatis* Landgravialis (non utilitatis *territorialis*) Domui Auſtriacæ quondam competentis, una cum Dominio Supremo, tamen ſine nexu feudali, ſi mavis, Dominium Uſusfructus Uſusve, ſeu *Servitutis* cujusdam *Landgravialis*, atque ita *Salvo Dominio Supremo territoriali Imperio Germ. competente*. Quibus omnibus conſideratis, attentoque, nihil, præter Jura Auſtriaca cum Supremo Dominio, ceſſum eſſe, ſub Juribus autem Auſtriacis *Territorium* totius Alſatiæ, certè Ordinum ejusdem in §. *Teneatur*. memoratorum, non fuiſſe, utique *Dominium Supremum in totam Alſatiam territoriale* ceſſum dici nequit. vid. omnino *Declaratio Statuum Imperii de A. 1648. d. 22. 12. Aug. ſub N. 29. B.* adjuncta. Quibus denuò accedit notabile diſcrimen Formulæ Ceſſionis Briſaaci à Formula Ceſſionis Landgraviatus & Landvogtejæ, quarum illa clauſulam *cum omni territorio & banno* continet, hæc, licet plurium acceſſionum & pertinentiarum meminerit, Territorii tamen & Banni nullam mentionem injicit. Breviter: intelligitur *Supremum Dominium*, quale compatiuntur Jura quondam Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ debita, atque ab ea ceſſa, ſeu cum Juribus iisdem compatibile: cum talia intelligantur prædicata, qualia à ſubjectis permittun-

I 2 tur.

tur. Quidquid enim dicatur, nihil aliud ceſſum probari poteſt, quam Dominium *non territoriale* in loca Juris cum Dominio territoriali incompatibilis, niſi omnis ratio me fallat. Nec eſt, quod quis exiſtimet, prædicata hæc, *Jure Landgraviatus cum Supremo Dominio gaudere*, & t. nen *non gaudere Dominio Territoriali*, contradictionem quandam in perſona Summorum Principum involvere: Cum 1. eſſentia talium Jurium conventionalium (ut entium moralium) à voluntate & conventione conſtituentium & paciſcentium unicè dependeat. 2. nihil impediat, quo minus unus Princeps ſuperiorem non recognoſcens in alterius Territorio ſpecie aliqua Juris publici, *Jure Servitutis*, ſive perſonalis, ſive realis, gaudeat: quemadmodum ipſa Corona Gallica Jure *Viæ* per Ducatum Lotharingicum, Jure *Præſidii* in Caſtro Philippsbourg, virtute ejusdem Pacis Weſtphalicæ utitur; Item Coronæ Danicæ *Jus Protectionis* in Civitatem Imperialem Hamburgum aſſeritur, denique Civitati Argentorato quondam *Jurisdictio Criminalis* in Civitate Imperiali Oberehenheim competiit. 3. Ipſi Imperatores Germanici, quantumvis ut Domini territoriales univerſales Imperii ejusdem Jurisdictione & Protectione Alſatiæ *cum Supremo Dominio* gaviſi ſint, quoties tamen ipſi nomine Archiducum Auſtriæ Landgraviatum vel Landvogtejam Alſatiæ geſſerunt, quatenus Landgravii Alſatiæ & Landvogti ſeu Advocati ſpeciales & extraordinarii, *cum poteſtate non-territoriali*, geſſerunt: non aliter, quam Epiſcopi Argentoratenſes, Comites Palatini ad Rhenum, aliique Status Imperii eundem Landgraviatum *ſine Superioritate territoriali*, habuerunt. vid. Adjunct. *ſub N. 16.* ibi: Biſchoff zu Straßburg / Pfaltz-Graff bey Rhein / Landgraff zu Elſaß ꝛc. Fuit enim *Jurisdictio Landgravialis* Alſatica alia Territorialis, alia ſimplex: *Territorialis*, Imperatoris & Imperii; *ſimplex*; Landgraviorum

um ab Imperio dependentium, e. g. Auſtriacorum Archi-
ducum; In quorum poſteriorum locum ut Corona Gallica
acceſſit, licet *cum Supremo Dominio*, non niſi ſimplicem
iuriſdictionem Landgravialem cum *Supremo Dominio Land-
graviali* ſibi adſcribere poteſt; virtute cujus ſcilicet Rex
Galliarum intra diſtrictum Landgravialem Alſatiæ conſtitue-
re poteſt Judices Landgraviales inferiores, & per eos Inco-
lis Landgravialibus jus reddere &c., jure Sereniſſimæ Domus
Auſtriacæ, ejus anteceſſoris. Quod verò Dominium Co-
ronæ Gallicæ in ſæpius nominatis paragraphis in paſſibus
Alſatiam concernentibus conceſſum Dominium non rerum
corporalium, puta terrarum Alſatiæ, ſed incorporalium,
& quidem particulare tantum ſit, ſcilicet reſpiciens ea ſo-
lum Jura, *non-territorialia*, quæ antea Sereniſſimæ Domui
Archiducali Auſtriacæ in Alſatiæ Landgraviatum & Præfectu-
ram Hagenoenſem competierunt, quippe quæ Jura in Land-
graviatum & Præfecturam Hagenoenſem ſola in Alſatia Co-
ronæ Gallicæ ceſſa ſunt, primò, ex eo colligitur, quia ibi-
dem non ceditur *Alſatia*, cum Supremo Dominio, ſed *jura
in Landgraviatum Alſatiæ & Præfecturam*, cum Supremo Do-
minio. Dominium autem, quod cum Juribus in Landgra-
viatum & Præfecturam Alſatiæ ceditur, non poteſt eſſe Ter-
ritoriale, quia neque Jura in Landgraviatum & Præfectu-
ram, neque ipſe Landgraviatus vel Præfectura Territorium
ſunt, ſed Jura reſpectivè Judiciariæ poteſtatis & Advocatiæ
Provincialis &c. Secundò, notabiliter ibi ceduntur Jura in
Landgraviatum & Præfecturam *cum Dominio*, non Domi-
nium *cum Juribus* &c. quando autem Jura per formulam *cum*,
cum Dominio conjunguntur, particula *cum* eſt conjunctiva
formæ & modi cum materia, nec aliam formam ſignificat,
quam quæ naturæ materiæ conveniens eſt, & cum ea com-
patibilis, ut noſtro in caſu Dominium cum Juribus in Land-

 gravia-

Digitized by Google

graviatum & Præfecturam, hoc eſt *non Territoriale*, quia Landgraviatus & Præfectura non ſunt Territorium. Talis enim naturæ & qualitatis eſt forma, quæ cum materia conjungitur, e. gr. Dominium, quod certam formam Juris ſignificat, qualis perſona vel res, cum quibus eidem conjungitur: Ubi igitur res, cum qua Dominium ut forma conjungitur, non eſt Territorialis, ibi nec Dominium Territoriale eſt; ſicut, ubi perſona non eſt conjugalis, vel ſervilis, nec Dominium in eam conjugale vel Herile eſt, &c. Quod vero nec *Landgraviatus*, nec *Præfectura Provincialis Alſatiæ Jurium Territorialium*, vel ipſius Territorii *ſpecies* ſint, abunde docuit Obrechti *Prodromus Alſat.* locis ſupra & infra nominatis. Nihil etiam eidem Coronæ Gallicæ opitulatur, „ex ejusdem Inſtrumenti §. *Teneatur*, allegatus verſ. *Ita ta-* „*men* ibi: *Ita tamen, ut præſenti hac declaratione nihil detra-* „*ctum intelligatur, de eo omni Supremi Dominii Jure, quod ſupra* „*conceſſum eſt*: Quibus verbis ut nulla plane Alſatiæ mentio fit, ſecundum ſenſum literalem, & Coronæ Gallicæ nullum aliud Dominium Supremum adſcribitur, quam id, quod Eidem ſupra in §. *Tertio Imperator*. 73. *& ſq*. 74. conceſſum eſt, hoc eſt *non territoriale*, & quidem tantum *particulare*, ſcilicet reſpiciens ea ſolum jura, quæ antea Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ in Alſatiæ Landgraviatum & Præfecturam Hagenoenſem competierunt, quippe quæ jura in Landgraviatum & Præfecturam Hagenoenſem ſola in Alſatia Coronæ Gallicæ ceſſa ſunt: notabili ejusdem verſ. reſtrictione per pronomina *eo quod*, ita alium ſenſum eidem verſiculo affingere contextus verſ anteced. ejusdem §. *Teneatur*. „ prorſus vetat, ibi: *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus prædictas De-* „*cem Civitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoenſem agno-* „*ſcunt, in ea libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium* „*Romanum, qua hactenus gaviſæ ſunt, relinquere, ita ut nul-*

lam

am ulterius in eas Regiam Superioritatem prætendere poſſit; ſed"
is juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam"
ſpectabant & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Gallicæ"
ceduntur. Ubi diſerte Superioritas Territorialis Regia cum
n alios Ordines ſeu Status Alſatiæ modo recenſitos, tum in
Decem Civitates noſtras Coronæ Gallicæ denegatur, atque
Rex Chriſtianiſſimus contentus eſſe jubetur iis Juribus, quæ
d Domum Auſtriacam ſpectabant & per hunc Pacificatio-
is Tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur, cui Domui Au-
triacæ nunquam antea Superioritas Territorialis vel in reli-
uos Ordines ſeu Status Alſatiæ, vel in eaſdem Decem Ci-
itates, competiit, ſed reſpectivè nihil Juris, Jus Landgra-
iatus & quantum ad noſtras Decem Civitates, Jus Advo-
atiæ ſive Præfecturæ Provincialis, ipſa Sereniſſima Domo
rchiducali Auſtriaca publice id confitente. Ne illud ab-
urdi ſequatur, duobus Dominis contrariis, Imperatori &
egi, Supremum Dominium unius ejuſdemque rei in ſoli-
um competere, atque unam eandemque Civitatem & Im-
erii Immediatam & Municipalem Gallicam eſſe, quod in
ure Gentium æque ac publico Germanorum inauditum eſt,
on movente particula *Omni* ibi: *Omni Supremi Dominii jure"*
c. quæ uti aperte *de Univerſo Jure Dominii cum Landgravia-*
, non de Jure Dominii *in univerſam Alſatiam*, vel *cum uni-*
rſa Alſatia, loquitur, ita per verba, *eo quod ſupra conceſſum*
, ad objecta, Domui Auſtriacæ Jure, reſpectivè Territo-
ali & non territoriali, olim competentia, reſtringitur,
que ita tantum de *omni* Dominio *conceſſo* accipiendum,
oc eſt, de omni certorum objectorum, ſive ad certa ob-
cta relato, atque ita de *reſpectivo*, non de *abſoluto*, vel ſi
avis, particulâ *omni*, omne Jus in ea objecta, quæ ad Do-
um Auſtriacam antea Jure reſpectivè territoriali & non-
rritoriali, pertinuerunt, indigitatur: Eſt enim oratio d.
verſ.

Digitized by Google

verſ. *Ita tamen.* Salvatoria & conſervativa Juris *Supremi Dominii* reſpectivè Territorialis & *non-Territorialis* Regi Chriſtianiſſimo ſupra conceſſi, non *derogatoria* Juris Immedietatis in verſ. antecedente memoratis Statibus Alſatiæ, & inter hos Civitatibus noſtris, per declarationem paragraphorum in hoc §. *Teneatur.* factam conſervati; Nihil igitur hoc verſ. Coronæ Gallicæ conceditur, ſed ſolum id, quod ſupra conceſſum erat, conſervatur ſalvaturque, cavendo, ne id, quod de Statuum memoratorum Alſaticorum Immedietatis Imperialis conſervatione & de reſtrictione ſatisfactionis Gallicæ ad Jura Auſtriaca, hic dicitur, ad Superioritatem reſpectivam ſupra conceſſam cum detractione ejusdem extendatur: Eſt enim Supremum Dominium in verſ. *Ita tamen.* non prædicatum ceſſæ Alſatiæ, ſed ſubjectum prædicatæ ſalvationis, hoc eſt, de quo nihil detractum intelligi debet. Niſi quis eo usque Coronæ Gallicæ adulari velit, ut virtute ejusdem verſ. *Ita tamen.* Eidem Supremum Dominium non in ſolas Decem Civitates, ſed in Epiſcopatus Argentinenſem & Baſileenſem, imò in ipſam Civitatem Argentoratum, & reliquos per utramque Alſatiam Romano Imperio immediatè ſubjectos Ordines, ceſſum aſſerere velit, quod ne quidem ipſa Corona Gallica ante occupationem violentam Anni 1673. unquam prætendit, nec prætendere potuit, & ſalva connexione allegatorum paragraphorum *Tertio & ſeq.* ad quos verſiculus noſter ſe refert, cum §. *Teneatur*, dici nequit. Quid enim in §. *Tertio &c. & ſequente* de ceſſis Epiſcopatibus? quid de ceſſione Argentorati? quid de ceſſione Juris in alios Ordines Alſatiæ Immediatos? quid ſupra alibi de Supremo Dominio in eadem loca? Tantum ſane abeſt, quod Coronæ Gallicæ in verſ. *Ita tamen*, Supremum Dominium Territoriale *in totam Alſatiam* conceſſum ſit, ut per eundem verſiculum vel maxime contrarium demonſtretur,

cum

Digitized by Google

cum eo textu Supremum Dominium *in totam Alſatiam* conceſſum dici non poſſit, quo conceſſio ejusdem per relationem ad alium textum, quo certorum tantum locorum & Jurium Alſatiæ mentio fit reſtrictive, exponitur, quoque declaratio reſervatæ Immedietatis præcipuorum Alſatiæ Statuum, cum renunciatione prætenſionis Superioritatis Regiæ, admittitur. Qui, inquam, Dominium Supremum tantum in quædam loca & Jura Alſatiæ ſibi conceſſum dicit & reſervat, Is utique Dominium Supremum in totam Alſatiam ſibi conceſſum eſſe negat, niſi omnis ratio me fallat. Ut ita argumento à ceſſione Supremi Dominii in Alſatiam petito, tanquam argumento tantum à ceſſione Dominii ejusdem in reliqua jura & partes Alſatiæ petito, nihil amplius efficiatur, quam eo, quod infra à ceſſione Jurium in Præfecturam Provincialem in Decem Civitates noſtras peti dicetur, effectum fuit, hoc eſt, Ceſſio Supremi Dominii, quale & quantum, & in quæ objecta Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ antea competierat, cum, ſicut ceſſione Jurium in Præfecturam Provincialem nihil aliud juris ab Imperio Coronæ Gallicæ ceſſum eſt, quam Jus in Præfecturam in eo ſenſu, quo Præfectura Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ competiit, acceptam, ita ceſſione *Supremi Dominii* in reliqua loca nominata in §. *Tertio Imperator. &c.* nihil aliud Juris eidem Coronæ ceſſum ſit, quam Supremum Dominium in ea objecta & jura in eo ſenſu, quo eidem Domui competierat, accepta, hoc eſt, *Dominium Supremum* reſpectivè Territoriale & *Non territoriale*, ut ſupra dixi. Conf. infr. cit. Obrechti *Alſaticarum rerum Prodromus, cap. 8. p. 152.* ibi: *Jus, quod ceſſum eſt, inter Imperium & Coronam Franciæ in controverſiam abiit, quod Imperium nihil aliud translatum ceſſumque vellet intelligi, quam quod ad Domum Auſtriacam ſpectaſſet, ideoque in partes ceſſione comprehenſas, quarum Immedietas Inſtrumento*

Digitized by Google

Pacis diſerte ſancita eſt, ſibi Supremum Jus integrum illibatumque manſiſſe contenderet, Gallia verò in omnia loca & ditiones ceſſione expreſſas Supremum Dominium ab Imperio ſibi conceſſum aſſereret. ubi etiam Declaratio Statuum Imp. in puncto Satisfact. Gall. & literæ Statuum ad Regem Gall. ſub *N. 28. & N. 29.* hic adjuncta allegantur. In quæ verò Objecta & Jura ex ceſſis *Supremum Dominium* territoriale vel *non-territoriale* ſpecialiter & diſtinctè ceſſum ſit, à Coronâ Gallicâ id prætendente, tanquam Actore, probandum eſt: nullâ Gallis præſumtione Juris favente; cum ea, quæ à poſſeſſione præſente deſumi poſſet, talibus violentis vitioſisque poſſeſſoribus non patrocinetur, in dubio autem præſumtio Juris non pro alienatione ſive ceſſione & amiſſione, ſed pro conſervatione rerum, præcipuè alicujus Provinciæ Imperialis, militet: Falſâ prorſus eorum regulâ, qui definiunt, *omnia Alſatiæ loca & Jura Coronæ Gallicæ conceſſa intelligi, quæ excepta ab Imperio probari non poſſunt*; Cum verius ſit, *nihil Alſatiæ Coronæ Gallicæ ceſſum eſſe, quod eadem ſibi ceſſum eſſe probare nequit*: cum nec mutatio in genere, nec alienatio Juris ſui contra quemcunque, nedum tantæ Univerſitatis perſonarum, Rerum, Juriumque præſumatur, ſive ſecundum Jus Gentium, ſive ſecundum Jus Civile Romanorum, Judicium inſtituatur, quippe naturali ratione idem ſuadente. In ipſo Inſtrumento Pacis autem inter objecta Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ quondam competentia ab Imperatore & Imperio Germanico Coronæ Gallicæ conceſſa tantum referuntur *Suntgovia*, (ſcilicet in quantum ad Domum Auſtriacam ſpectavit,) *Landgraviatus* & *Advocatia*, ſive *Præfectura Hagenoënſis* in Decem Civitates Unitas in Alſatia; *Briſacum*, *cum omni territorio & Banno*, *& quibusdam ab eo dependentibus pagis*, *in Briſgovia*; quod ex Inſtrumento Pacis noſtræ Weſtphalicæ §. *Tertia 73. & ſeq. 74.* ſatis patet, & quidem §. 73. ſequentibus

tibus verbis: *Tertio Imperator pro ſe totaque Sereniſſima Domo Auſtriaca, itemque Imperium cedunt, omnibus Juribus, proprietatibus, dominiis, poſſeſſionibus ac Juriſdictionibus, quæ hactenus ſibi, Imperio & Familiæ Auſtriacæ competebant in oppidum Briſacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque Provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alſatiâ ſitarum, ſcilicet Hagenavv, Colmar, Schlettſtatt, Weiſenburg, Landavv, Oberehenheim, Rosheim, Munſter in Valle S. Gregorii, Keiſersberg, Turingheim, omnesque pagos & alia quæcunque jura, quæ à dicta Præfectura dependent, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum Regnumque Galliarum transferunt, ita ut dictum oppidum Briſacum cum villis Hochſtatt, Niederimſing, Harten & Acharren, ad communitatem Civitatis Briſacenſis pertinentibus, cumque omni territorio & Banno, quatenus ſe ab antiquo extendit, ſalvis tamen ejusdem Civitatis Privilegiis & Immunitatibus antehac à Domo Auſtriaca obtentis & impetratis. Itemque dictus Landgraviatus utriusque Alſatiæ & Suntgoviæ, tum etiam Præfectura Provincialis in dictas Decem Civitates & loca dependentia, itemque omnes Vaſalli, Landſaſſii, Subditi, homines, oppida, caſtra, villæ, arces, ſylvæ, foreſtæ, auri, argenti aliorumque Mineralium fodinæ, flumina, rivi, paſcua, omniaque Jura, Regalia & Appertinentiæ absque ulla reſervatione, cum omnimoda Juriſdictione & Superioritate, Supremoque Dominio, à modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum Coronamque Galliæ pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, absque Cæſaris, Imperii, Domusque Auſtriacæ vel cujuscunque alterius contradictione. Adeò ut nullus omnino Imperator, aut Familiæ Auſtriacæ Princeps quicquam Juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis, ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat.* In quibus duobus paragraphis ut Imperator & Imperium Coronæ Gallicæ nihil aliud cedunt, quam *quod hactenus Familiæ Auſtriacæ com-*

 petebat,

petebat, ita ex ceſſis notanter à ſe invicem diſtinguuntur, Briſacum, Landgraviatus utriusque Alſatiæ, Suntgovia, & Præfectura Provincialis in dictas Decem Civitates & loca dependentia, utpote Familiæ Auſtriacæ diverſis Jurium generibus ſubjectæ, aperto indicio, quod non alia intentione in Coronam Gallicam transferantur, quam cum reſpectu eorum Jurium, quibus penes Sereniſſimam Domum Archiducalem Auſtriacam fuerunt; cum notorium eſſet, in Briſaco quidem eidem Sereniſſimæ Domui Superioritatem Territorialem, in Alſatiæ verò Landgraviatu & Præfecturâ Provinciali in Decem Civitates ſolum Jus reſpectivè Judiciariæ poteſtatis & Landvogtejæ ſive Advocatiæ Imperialis dependentis, competiiſſe. Non obſtante §. *Itemque dictus.* 74. ibi: *cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate, Supremoque Dominio à modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum Coronamque Galliæ pertineant & dictæ Coronæ incorporata intelligantur*; & ibi: *Adeò ut nullus omnino Imperator, aut Familiæ Auſtriacæ Princeps quicquam Juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis, ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat.* Sicut enim quæſtionem, utrùm verſ. *Itemque dictus* ſigno novi paragraphi à ſuperiori ab Authore diſcernendus fuerit, cum verſ. ultimus paragraphi antecedentis absque conjunctione cum verſ. iſto integrum perfectumque ſenſum non haberet, Philologis decidendum relinquo, ita non committenda eſt fallacia compoſitionis & diviſionis, nec prædicata incompatibilia cum ſubjectis, à quibus non permittuntur, ſeparanda ſunt; Quis enim non animadvertit, omnia Jura ceſſa de iis ſolis Juris generibus intelligenda eſſe, quæ ad Domum Auſtriacam ſpectabant? quis non animadvertit, Superioritatem Territorialem in Decem Civitates Alſatiæ inter jura ceſſa referri non poſſe, cum ad eandem Domum nunquam pertinuerit? quis

Digitized by Google

quis non animadvertit, per renunciationem *cujuscunque Juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis*, ſolam juris ceſſi, & quidem ab Auſtriaca Domo ceſſi, intelligi debere? Quod, licet eo tempore, quo Galli quidem loco ſatisfactionis ſuæ totam Alſatiam cum territorio prætenderunt, nihil autem præter ſola Jura Domui Auſtriacæ ibi competentia obtinuerunt, partibus paciſcentibus ſatis clarum viſum fuerit, ad inſtantiam tamen reliquorum Statuum Suntgoviæ & Alſatiæ, quorum intererat, nec non poſteritatis informandæ cauſa, utque omnibus futuris litibus & cavillationibus occurreretur, prudenter cautum proviſumque eſt, ut paragraphi modo recitati declararentur, atque objecta, in quæ Superioritas Territorialis Domui Auſtriacæ non competiit, conſequenter Supremum Dominium Territoriale Coronæ Gallicæ conceſſum non eſt, ab objectis, in quæ Domui Auſtriacæ Superioritas eadem competiit, ideoque in Coronam Gallicam ejusdem Ceſſio facta eſt, diſcernerentur; Id quod in §. *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c.* notabili declaratione præſtitum fuit, verbis ſupra jam relatis, præcipuè verò his: *ita, ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis Juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur:* quibus Jus Superioris Dominii Territorialis ad Domum Auſtriacam non ſpectans, ideoque Coronæ Gallicæ *non ceſſum*, à Jure ad eandem ſpectante & conſequenter, Supremo Dominio *ceſſo*, de quo in *verſ. ſeq. Ita tamen.* diſertè diſtinguitur, & per hoc ipſum ſuperiores paragraphi declarantur. Hoc, ni fallor, ſenſu: quemadmodum ſub objectis, in quæ Superioritas Territorialis Regi Chriſtianiſſimo & Coronæ Gallicæ ſupra ceſſa eſt, Perſonæ & loca in §. *Teneatur &c.* expreſſa, comprehenſa intelligi non debent, *tanquam ad Domum Auſtria-*

 cam

cam non ſpectantia, ita ſub objectis ſupra ceſſis comprehenſa, tanquam ad Sereniſſimam Domum Auſtriacam ſpectantia, ab iisdem per hanc Declarationem non excepta videri debere, quaſi in nulla loca aliquid Supremi Dominii Regi Chriſtianiſſimo ſupra ceſſum eſſet. Quod quidem planum eſt; Sed clarius: quemadmodum ſub Jure Superioritatis, Supremique Dominii Coronæ Gallicæ ceſſo, Jus Superioritatis Territorialis in perſonas & loca in §. *Teneatur.* expreſſa, comprehenſum intelligi non debet, ſed à Jure Superioritatis ſupra ceſſo, *tanquam ad Domum Auſtriacam non ſpectans*, diſcretum cenſendum eſt, cum ſolum Jus Superioritatis ad Domum Auſtriacam ſpectans Coronæ Gallicæ ceſſum ſit; ita per declarationem hujus paragraphi nihil ab eo omni Jure Superioritatis, quod Coronæ Gallicæ, tanquam ad Domum Auſtriacam antea ſpectans, ſupra ceſſum eſt, exceptum intelligendum eſſe: quemadmodum, inquam, *declaratur*, per Jus Superioritatis ſupra ceſſum, Jus Superioritatis Domui Auſtriacæ non competens intelligi non debere, ita *ſalvatur*, per declarationem eandem nihil de eo Superioritatis Jure, quod ſupra conceſſum eſt, hoc eſt, *quod ad Domum Auſtriacam ſpectavit*, detractum cenſeri debere. Cum enim inter tractandum Plenipotentiarii Gallici quidem ab initio loco ſatisfactionis Coronæ ſuæ debitæ *totam Alſatiam* cum Supremo Dominio Territoriali Regio prætenderent, à Legatis Cæſareis autem in eadem Alſaltia, *nihil, præter Jura ad Sereniſſimam Domum Archiducalem Auſtriacam ſpectantia*, obtinere poſſent; Cum etiam re inter Coronam Gallicam & Sereniſſimam Domum Archiducalem Auſtriacam compoſita ſcriptaque, Legati Statuum animadverterent, ceſſionem ab Auſtriacis in Gallos factam in §. *Tertio Imperator &c. & ſeq.* conſtructione confuſa & ſubobſcura, (quippe prædicatis ſingulis cum ſubjectis ſingulis non immediate, ſeorſim atque diſtinctè,

liſtinctè, conjunctis, verbiſque nonnihil æquivocis) con-
ceptam eſſe, nec ſine cauſa vererentur, ne ab iis, qui Hi-
ſtoriæ ſeu Facti notitiâ perfectâ carent, diverſa prædicata
d ſubjecta incongrua ſeu incompatibilia traherentur, in
pecie, ne Galli, qui ab initio Tractatuum pro ſatisfactione
ia totam Alſatiam prætenderunt, nihil autem præter Jura
uſtriaca in eandem obtinuerunt, *Supremum Dominium in*
ura Auſtriaca in eiſdem paragraphis ſibi *ceſſa*, contentum,
d *Supremum Dominium Territoriale* Imperio vel Statibus Ejus
xtra Jura Auſtriaca ceſſa, competens, itaque in totam Alſa-
iam, conſequenter etiam in Territoriis aliorum Statuum
lſatiæ, puta in Epiſcopatibus Argentoratenſi & Baſileenſi,
Territorio Civitatis Argentoratenſis, Civitatum Decem
mperialium, & reliquorum Ordinum in *d.* §. *Teneatur.* no-
ninatorum, prætenderent, tempeſtive intervenerunt,
mmutabiliter Declarantes: Regem Chriſtianiſſimum Eos-
em Ordines in antiqua ſeu priori poſſesſione Juris Imme-
ietatis & Libertatis Imperialis relicturum, nullamque Re-
iam Superioritatem in eosdem, tanquam ſub Superioritate
egia inter Jura Auſtriaca in §. *Tertio Imperator.* & *ſq.* Coronæ
allicæ ceſſa non comprehenſam, ulterius prætenſurum,
ed iis Juribus, quæ ad Domum eandem pertinuerunt, con-
entum manſurum &c. Plenipotentiarii Gallici, nomine
egis Chriſtianisſimi Declarationem Statuum acceptarunt,
iſcrimen agnoverunt, in ſtipulationem *immutabilem* con-
enſerunt, promittentes, Regem ſuum in dictos Status
lſatiæ nullam ulterius Superioritatem Regiam, tanquam
eosdem ſibi non conceſſam, prætenſurum; ſed *iis Juribus*
ontentum manſurum, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpecta-
ant, & per Pacificationem hanc Coronæ ſuæ conceſſa ſunt, Ita
amen, (ſeu cum hac tamen cautela ſeu clauſula Juris Ceſſi
alvatoria,) *ut præſente hac declaratione, qua* declaratur, Regem
Chri-

Digitized by Google

Chriſtianisſimum Juribus Auſtriacis Coronæ ſuæ ceſſis contentum manere debere, nec quicquam *Supremi Dominii* extra *Jura Auſtriaca* Imperio Germanico vel Statibus ejus competentis, ſeu rerum non ceſſarum, prætendere velle, *nihil detractum intelligatur de eo omni* Supremi *Dominii jure*, *quod ſupra*, hoc eſt, *inter Jura Auſtriaca* conceſſum eſt, ſeu rerum ceſſarum, nec Declaratio Reſtrictiva, quâ *Ceſſio Dominii Supremi* ad *Jura Auſtriaca Galliæ ceſſa* reſtringitur, in Detractionem ſeu *Derogationem Supremi Dominii inter Jura Auſtriaca ceſſa* contenti, vertatur muteturque: Ex qua Stipulatione & Promisſione eamque ſecutâ Cæſareorum Gallicorumque Plenipotentiariorum conventione, ortus conſartusque eſſe videtur dictus §. *Teneatur*. qui hunc in diem usque tot glosſis & ſermonibus publicis privatisque occaſionem dedit. Inter quem tamen & ſuperiores paragraphos, non magis, quam inter ipſius paragraphi *Teneatur &c.* verſiculos &c. ſtante hac interpretatione noſtra doctrinali, (ſalva authentica ipſorum Auguſtorum Paciſcentium) nulla pugna, nulla contradictio eſſe videtur; Cum utrumque bene componi posſit: Regem Chriſtianisſimum nullam Superioritatem Regiam Territorialem in Decem Imperiales Civitates Alſatiæ Unitas, tanquam ſub Superioritate & Supremo Dominio inter Jura Auſtriaca in §. *Tertio Imperator &c. & ſq.* ceſſa, non comprehenſam, prætenſurum eſſe, & Eundem de Superioritate inter Jura Auſtriaca in eisdem paragraphis ſibi ceſſa contenta, nihil *detractum*, nihil remiſſum velle: ſive Dominium Supremum in §. *Teneatur*. verſ. *Ita tamen &c.* de Supremo Dominio Territoriali quidem intelligatur, ſed ad Decem Civitates non referatur, quemadmodum nec ad reliquos Status Alſatiæ ibidem nominatos referatur, verum ad ſubjecta compatibilia ſupra in §. *Tertio Imperator. & ſq.*

Digitized by Google

& ſq. recenſita reſtringendum eſt, ſive referatur, non tamen de Supremo Dominio Territoriali, ſeu in Territorium, ſed de *Supremo Dominio in Landgraviatum* ſive *qualitatem Landgravialem*, & *Jus Advocatiæ*, ſive *qualitatem Advocaticam* ſive *Landvogtejam*, intelligatur; Tertium enim non datur, cum ſubjecta & prædicata incompatibilia componi abſurdum foret. Et quilibet rem qualitercunque ſaltem ponderans animadvertit, Dominium Supremum in *§. Tertio Imperator. & ſq.* in ſenſu compatibili atque pro diſcrimine ſubjectorum reſpective de *non territoriali*, *Landgraviali* & *Advocatico* &c. eſſe exaudiendum, ſicut alia Jura, quorum ibidem mentio fit, e. gr. *Regalia*, *Juriſdictio* &c. pro capacitate ſubjectorum ibidem relatorum accipienda, atque ad ſubjecta compatibilia referenda ſunt. conf. Coccej. *Jur. publ. prud. d. c. 5. ſect. 2. §. 39.* Ex quo planus & ſimplex intellectus utriusque loci prodit: Quodcunque Auſtriacorum Jurium Regi Chriſtianiſſimo per Pacem Monaſterienſem ceſſum eſt, *Eidem* ceſſum eſſe intelligi debere *ut Regi*, non ut *Ordini* nec ut *Vaſallo Imperii*, non ut perſonæ *dependenti*, ſed ut perſonæ *independenti*, ſine reſpectu Civitatis Germanicæ, ſine nexu feudali, vel obligatione quamcunque relationem ad Imperium Germanicum involvente, in ſpecie Jus Landgraviatus & Advocatiæ in Decem Civitates Alſatiæ Unitas Eidem Regi ceſſum intelligi debere, tanquam *Domino ejusdem Juris Supremo*, atque *à Republicâ Germanicâ independente*, eodem modo, quo e. gr. Regi Hiſpaniarum, vel Imperatori Germanico, Jus Landgraviatus vel Advocatiæ à Corona Gallica vel alio Principe independente in hanc vel illam Civitatem Gallicam aliamve cum Supremo Dominio ceſſum competeret: nec uni Reipublicæ independenti in quasdam Civitates alterius Reipublicæ independentis Jus Landgraviatus vel Advocatiæ Independens ex pacto vel fœdere tribui abſurdum eſt: quorum

L

rum illud *Supremum Dominium Landgraviale*, hoc *Advocaticum*, dicere poſſis, exemplo ſtyli Pacificationis Monaſterienſis: quemadmodum Coronæ Gallicæ quoque Supremum Dominium *Præſidiale* in Caſtro Philipsburgenſi olim competiit. Conf. omnino *Relat. Summar. ex Act. publ. in cauſ. Civ. Imp. in Alſat. unit. Appendix*, adjuncta *ſub N. 27.* cum *Declaratione Statuum & literis Eorund. ad Regem Chriſtianiſſimum ſub N. N. 28. & 29. lit. A. & B.* Item *ſupr. c. 1. §. 4.* ubi ſeries Pacificationis hujus integra exhibetur. Quamvis igitur Rex Chriſtianiſſimus declaret, ſe iis juribus contentum manſurum, quibus Domus Auſtriaca gaviſa quondam fuit, & nullam ulterius Superioritatem Regiam Territorialem in Civitates Decem Imperiales prætenſurum eſſe, per eam tamen declarationem Eundem nihil Supremo Dominio *non-Territoriali* in Landgraviatum & Jus Advocatiæ quondam Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ Jure Feudi competens, detractum velle. Quod facilè intelligit, qui dicti §. *Teneatur*, non verſiculum primum, tanquam clarum, de Immedietatis Statuum Alſatiæ reſervatione conceptum, ex verſ. *Ita tamen* &c. ſed verſiculum *Ita tamen* &c. ſubobſcurum beneficio verſ. primi interpretatur. Secus, quam à Plenipotentiario Gallico inter Acta Arbitrii Ratisbonenſis factum eſt. Partes enim §. *Teneatur.* duæ ſunt: prior eſt Declarativa Ceſſionis ſupra in §. *Tertio. & ſeq.* ab Imperatore & Imperio in Coronam Gallicam factæ, declarans, Ceſſionem eandem non eſſe extendendam ad Jus Territoriale Statuum hic nominatorum, ſed reſtringendum ad Jura Domus Auſtriacæ quondam in partibus Alſatiæ & Suntgoviæ competentia, ſupra eidem Coronæ Gallicæ ceſſa, denegata Regi Chriſtianiſſimo omni in Eosdem Status Regia Superioritate. Poſterior pars eſt Salvatoria Jurium Auſtriacorum ſupra conceſſorum ſeu conſervans Regi Chriſtianiſſimo Supremum Domi-

Dominium Jurium Auſtriacorum ſupra conceſſum, *non-Territoriale*, puta reſpectivè *Landgraviale* ſeu *Judiciarium*, & *Landvogtejicum*, ſive *Advocaticum*. In priori parte aperta fit oppoſitio. 1. Inter Immedietatem Statuum ibidem recenſitorum & inter Regiam Superioritatem, de illa dicitur, quod Rex Chriſtianiſſimus eosdem in ea Libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gaviſi ſunt, relinquere, de hac verò, quod idem Rex nullam ulterius in Eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit. 2. Inter Immedietatem Statuum ibidem recenſitorum iisdem reſervatam, & inter Jura Domus Auſtriacæ Coronæ Gallicæ ceſſa; de illa dicitur, quod Rex Chriſtianiſſimus teneatur eosdem Ordines in ea libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gaviſi ſunt, relinquere, de his verò, quod iisdem contentus manere debeat. 3. Inter Superioritatem Territorialem Regiam in Status Alſatiæ & Suntgoviæ ibi nominatos prætenſam, & inter Jura Domus Auſtriacæ Coronæ Gallicæ ceſſa; de illa dicitur, quod Rex Chriſtianiſſimus eam ulterius prætendere nequeat, de his verò, quod iis contentus manere debeat. In poſteriori parte fit oppoſitio inter Jus Supremi Dominii, quod ſupra in §. 73. Coronæ Gallicæ conceſſum eſt, & inter Regiam Superioritatem in Status in priori parte hujus paragraphi nominatos in Tractatibus Pacis prætenſam, ſed eidem denegatam. Quibus omnibus ergo conſequenter in §. *Teneatur*. fit oppoſitio inter *Jura Domus Auſtriacæ Regi cum Supremo Dominio ſupra ceſſa* & inter *Jus Immedietatis* Statuum in eo nominatorum *Regi non conceſſum*, *ſed Statibus* per Declarationem hanc *reſervatum*: Et quidem *cum expreſſa conventione renunciativa* ulterioris *prætenſionis* omnis Regiæ Superioritatis: quæ utique cum hodierna Coronæ Gallicæ uſurpatione componi non poteſt. Add.

L 2 locus

locus ſæpè nominatæ *Deductionis ſuccinctæ* inter Rationes Decidendi allegatus *ſupra* §. *10.*

Non VI. Ceſſionem factam eſſe *abdicativè* & *reſignativè*, cum poteſtate *incorporandi*; ibi: *à modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum Coronamque Galliæ pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, absque Cæſaris, Imperii Domusque Auſtriacæ vel cujuscunque alterius contradictione.* Cum etiam Jura & res Incorporales earumque Dominium, Dominium, inquam, utilitatis, uſusve, cum Supremo Dominio ſeu Jure Supremi Dominii, in alium privativè & abdicativè cedi transferrique posſint: poſtquam *unius ejusdemque rei* publicæ Dominium reſpectivè proprietatis & utilitatis, nudum & non-nudum, penes duos Principes diverſos independentes, modo cum nexu feudali, modo ſine nexu feudali, nedum *diverſarum rerum diverſorumque Jurium*, puta uni Territorii ipſius cœterorumque Jurium Majeſtatis, alteri Jurisdictionis ſeu *δικαιοδοσίας*, eſſe posſit.

Non VII. Ceſſionem factam eſſe *privativè* & *renunciativè*, ibi: *Adeò ut nullus omnino Imperator aut Familiæ Auſtriacæ Princeps quicquam Juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat.* Reſtringitur enim illa privatio & renunciatio Jurium in adjecto ad certum limitatumque ſubjectum, ſcilicet ad *partes præmemoratas, cis & ultra Rhenum ſitas*, h. e. ad partes ſupra ceſſas, reſpectivè corporales & incorporales, ſubjectum Jurium Auſtriacorum, (quippe quorum ſolorum ceſſio facta eſt) exiſtentes, arg. §. *Teneatur.* ubi Rex Chriſtianisſimus Juribus Auſtriacis ceſſis contentus eſſe tenetur.

Non VIII. Ceſſionem factam eſſe rerum *ſitarum*, ibi: *in partibus cis & ultra Rhenum ſitis*, atque ita ipſius terræ ſeu Territorii, non tantum Jurium ei accidentaliter adhærentium:

ſum : *Per partes* enim *cis & ultra Rhenum ſitas*, 1. non tantum partes Alſatiæ, ſed etiam Brisgoviæ, intelligi, manifeſtum eſt, cum Alſatia tantum in una parte, & quidem reſpectu Monaſterii, ubi Inſtrumentum Pacis conceptum eſt, in parte ulteriori Rheni, ſita ſit. 2. In quantum Alſatiam concernunt, intelliguntur Alſatiæ Landgraviatus & Landvogteja, non Territorium. 3. Partes itaque incorporales non corporales, ſpecies Jurium. 4. Partes enim intelliguntur *præmemoratæ*, quæ nihil aliud ſunt, quam Landgraviatus & Landvogteja, non territoriales; *Jus*, inquam, *Præſidis Provinciæ*, cum Supremo Dominio non-territoriali, *Jus Advocati Provincialis* cum Supremo Dominio non-territoriali. Dicuntur autem 5. ſitæ vel ἐναλλακτικῶς pro partibus accidentalibus rerum ſitarum, vel συνεκδοχικῶς, intuitu Briſaaci & Suntgoviæ ceſſorum, vel potius in ſenſu duplici, cum proprio, cum analogico, in proprio, reſpectu rerum corporalium in Brisgovia & Suntgovia ſitarum, in Improprio, reſpectu Landgraviatus & Landvogtejæ, quæ ſicut *transferri* & *cedi* dicuntur analogicè, ita eodem ſenſu & *ſita* dicuntur, poſtquam moraliter & civiliter modo res incorporalis pro corporali, modo corporalis pro incorporali habetur, Dd. ad *t. I. de Reb. corporal. & incorporal.* & ad *t. D. de Rer. Diviſ.* & JCtis *ſitum* dicatur id, quod in Jure pro *ſito* habetur, ſive naturaliter & verè ſitum ſit, ſive civiliter & per fictionem Juris *pro ſito* habeatur. Landgraviatus & Landvogteja non denotant diſtrictum terrarum, ſed Jus *cum* diſtrictu ſeu *in* diſtrictum, inter quæ plurimum intereſt, ſicut inter Ceſſionem Landgraviatus cum Supremo Dominio, & inter Supremum Dominium cum Landgraviatu, ideoque naturaliter ſita dici nequeunt, ſed, cum ſita dicantur ultra Rhenum, per analogiam & fictionem quandam Juris ſita cenſentur.

Digitized by Google

Nec IX. urgeri poteſt, quod Sereniſſimi Archiduces Auſtriæ poſtremis temporibus Landgraviatum Alſatiæ *hereditario* Jure tenuerint, quodque *titulum* Landgravii Alſatiæ quondam titulis Domus ſuæ adſcripſerint: cum 1. Jura rerum incorporalium æquè ac corporalium hereditaria eſſe posſint, nec tranſitus ad heredes Juris cujusdam publici illud territoriale faciat. 2. Uſum *tituli*, dignitatis vel officii cujusdam per ſe nullum Jus Imperii, nullam poteſtatem *territorialem*, inferre, notorium, atque exemplis eorum Principum & Comitum Imperialium, qui Bonis Statui Imperii convenientibus deſtituti, illuſtre eſt. Utrumque verò, quod inter obſtacula apparentia retuli, in perſonis eorum, qui Landgraviatus honorem ante Archiduces Auſtriæ geſſerunt, contigit, nullum verò Familiis eorum *Jus Territoriale Superioritatemve* importavit. Satisque conſtat, uno eodemque tempore alios Ditionum *Terrarumque* Alſaticarum dominos, alios *Landgraviatus* circa easdem Heredes, poſſeſſores ſucceſſoresque fuiſſe. vid. loc. ex Obrechti *Prodrom. Rer. Alſat. ſupr.* §. *11.* allegata. Quemadmodum etiam nonnulli Ordines Alſatiæ *Territorium* quidem Ditionum ſuarum immediatè ab Imperatore & Imperio in Feudum recognoverunt, partes verò Juris *Landgraviatus* à Landgraviis primariis jure ſub-Feudi tenuerunt. vid. *Acta in cauſa* Oetingen *contra* Fleckenſtein in Aula Cæſarea ventilata, ſupra citata. Quantumvis olim plures Dignitates & Officia Imperialia gradatim primum *hereditaria*, poſtea *territorialia* facta ſint: Cum ab exemplis ejusmodi quidem potentia transformationis inferatur, ipſe verò mutationis Actus per eadem nec præſumatur nec probetur, ſed ab eo, qui transformationem intendit, demonſtrandus ſit. Qualis enim Juris Publici conſequentia, Landgraviatus Haſſiæ & Thuringiæ ſunt territoriales, Ergò Landgraviatus Sueviæ, vel ſimiles, quoque territoriales ſunt?

quo

Digitized by Google

quo facit illuſtris locus Blondell. *præf. Apolog. in Examin. Alſat. vindicat.* alleg. Obrecht. *Prodrom. Rer. Alſat. c. 12. p. 250.* ibi: *Duo tamen hoc loco notaverim: eorum Landgraviatum patrimoniale dominium non fuiſſe: quandoquidem* principalis *eorum* titulus *fuit* Comitatus Habsburgi, acceſſorius *verò* Landgraviatus, *quem priori ipſimet ſubjungunt.* Et *p. 251.* ibi: *Landgraviatum illum* nec Alſatiæ totius, nec forte Hereditarium *fuiſſe, evincit fragmentum* vetus *Alberto Argentinenſi præfixum, quo docente A. 1236. Henricum Comitem Provincialem Alſatiæ* ſine herede denatum *diſcimus, quo tempore Albertus Rudolphi Regis parens vivebat.* Ex quibus non malè infertur, conjecturam Obrechtianam, qua Rudolphi I. temporibus Landgraviatum Alſatiæ cum Ducali Dignitate connexum fuiſſe, arguit. *p. 253. de Dignitate Ducali in ſenſu gradus hodierni,* quo Dignitatem Comitatu majorem *Superioritatemque territorialem* importat, accipi non poſſe. Porrò, de *titulo Landgravii,* Lazius *de Migrat. Gent. Lib. 8. p. 412. Inter Habsburgicos Albertum Rudolphi Imperatoris patrem Landgravium Alſatiæ ab Imperio conſtitutum,* ſcribit. *Sed eum tamen* titulum *antea & anteceſſores aliquos uſurpaſſe,* ait: verba ſunt Obrechti *d. Prodrom. p. 251. in fin.* Idem *p. 253. in fin. Ac* titulum *quidem quod attinet, Landgraviorum Alſatiæ, inſigniter illius vetuſtas augeretur, ſi antiquitatem, quam vulgò tribuunt, tueretur Monumentum Truttertini Monaſterii* Bucelino *German. part. 3. p. 16. tantoperè laudatum;* Id. p. 274. *Ita potior Alſatiæ pars ad Habsburgicos pervenit, reliquam Oetingenſis Argentoratenſi Præſuli vendidit, cujus ſucceſſores Landgraviatus titulum hodieque uſurpant.* ex Gerard. de Roo *Hiſtor. Auſtr. L. 1. p. 7.* add. de titulo Lupold. Id. p. 303.

§. XIII. Nec movet Secundum Gallorum Argumentum ex Inſtrum. Pacis Cæſareo-Gallicæ ejusque §. *Tertio Imperator. & ſq.* junct. §. *Teneatur.* verſ. *Ita tamen.* à *Ceſſione Jurium* Rationes Respondendi

Ratio- nes Re- ſpon- dendi

ad Argumentum II. à Ceſſione Iurium in Præfecturam Provincialem Hag. cum Supremo Dominio petitum.

Jurium in Præfecturam Provincialem Hagenovienſem cum Supremo Dominio, ſpecialiter petitum, quia per Ceſſionem, cujus in eodem §. mentio fit, Imperator & Imperium Germanicum in Coronam Gallicam nihil aliud Juris circa dictas Civitates tranſtulit, quam quod tempore Ceſſionis Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ in easdem competiit, hoc eſt, nihil, præter *Jus Advocatiæ*, quale eidem Domui, ejusdemque Anteceſſoribus, tanquam Advocatis Provincialibus earundem debebatur. 2. Præfectura autem Provincialis Hagenovienſis in dictas Civitates nihil aliud unquam fuit, quam Jus Advocatiæ Imperialis adminiſtratoriæ, ab Imperatore & Imperio dependentis, Germ. die Reichs-Land-Vogtey / oder die Land-Vogteyliche Gerechtigkeit / minimè verò *Territorium*, vel *Superioritatem Territorialem*, die Landes-Fürſtliche Hohe Obrigkeit / oder Landes-Herrlichkeit / ſignificavit, (Id quod nec Latinum *Præfectura* verbum, quod nullibi pro Poteſtate Suprema Territoriali legitur, nec exempla aliarum Provinciarum Germ. Landvogteja Imperiali affectarum, argumento der Land-Vogtey in Schwaben) admittunt: eâdem Sereniſſima Domo iisdemque Civitatibus, ſecundum tenorem Actorum publicorum, deſuper conſentientibus. vid. *Acta Arbitr. Ratisb. ſupr. c. 1. allegata.* Ulric. Obrecht. *Prodrom. Rer. Alſat. c.* 13. Eſt enim Præfectura Hagenovienſis talis Præfectura, quæ eſt compatibilis cum Immedietate Decem Civitatum Imperialium, in quas competiit §. *Teneatur.* junct. omnium Receſſuum Imperii inde ab A. 1521. ſubſcriptionibus, *ſupr. c.* 1. nominatis. Ideoque Præfectura Hagenovienſis *Superioritatem Territorialem* ex una, ſubjectionem Civicam ex altera, parte importare nequit. Quantumvis aliàs Jus Protectionis ſeu Advocatiæ jure Supremi Imperii Civilis competere poſſit. Sicut enim Jus Protectionis aliud Majeſtaticum, aliud territoriale, aliud admi-

administratorium, aliud conventionale, datur; ita Landvogteja Imperialis Alſatica in X. Civitates unitas neque Majeſtatica neque Territorialis unquam, ſed anomala, conventionalis, privilegiata atque extraordinaria, fuit, nec aliter, quam ut talis, in Regem Chriſtianiſſimum ceſſa eſt: ita quidem, ut Regi ex die Ceſſionis competierit Jus Protegendi conventionale per Landvogtum, ſeu Præfectum, ſuum X. Civitates & ultra 40. pagos Imperiales, & hos quidem cum jure quodam percipiendi emolumenta, antiquitus Præfectis præſtari ſolita; quod Jus Protegendi extraordinarium, ſpeciale, irregulare atque anomalum, Regi Chriſtianiſſimo quidem conceſſum eſt, Sacratiſs. Cæſareæ Majeſtati Sacroque Imperio Germ. autem Jus Protegendi majeſtaticum non ademptum, ſed ipſo jure reſervatum, ſalvo etiam jure Protectionis territoriali Civitatibus ipſis jure Status Imperii competente, quippe quod Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ nunquam competiit, apud quam nec Jus Conventionale vel antichretico, vel hereditario, jure unquam fuit, licet per Seculum Archiducibus Auſtriacis ab Imperatoribus ejusdem Domus præ aliis conceſſum, ut ex hiſtoria Succeſſionis Præfectorum ſupra in Epitome Rerum in hac cauſa geſtarum apparuit: attento, quod delatio Jurium publicorum animo perſonalitatis facta, quantumvis agnatis ejusdem familiæ longiſſimo tempore indulta, eisdem nullum Jus reale vel ad heredes tranſitorium tribuat: qualis in noſtro caſu ex literis Præfectorum Provincialium Reverſalibus manifeſta eſt. 3. Non obſtante Clauſula Ceſſioni adjecta, *cum omnibus Juribus & pertinentiis* &c. quippe per quæ non *Jura Territorii*, ſed tantum *Jura ad Advocatos, qua tales, pertinentia, Jura*, inquam, *Advocatiæ*, non *Superioritatis Territorialis*, acceſſoria, de quibus Obrecht. *Prodr. Rer. Alſat. d. c. ult. p. 328. & 330*, nec non Acta Arbitrii Ratisbonenſis *ſupra c. 1.* allegata,

 videri

videri poſſunt, intelligenda ſunt. 4. Nec repugnante contextu ejusdem paragraphi, quo unâ ceſſæ *Superioritatis*, ceſſique *Supremi Dominii*, mentio fit: quippe qui vel X. Civitates Alſatiæ unitas minimè reſpicit, vel, ſi reſpicit, non de Supremo Dominio in Territorium, ſed de Supremo Dominio in Præfecturam ſeu Advocatiam, accipiendus eſt. *Non*, inquam, *Decem Civitates Alſatiæ unitas dictum Supremum Dominium reſpicit*, ſed certa quædam Jura particularia, Brisgoviæ, Suntgoviæ vel Alſatiæ, alia, quæ ad Sereniſſimam Domum Archiducalem Auſtriacam tum jure Superioritatis Territorialis pertinuerunt, quorumque ſuperius in eodem Pacis Inſtrumento mentio facta erat, ſpectat, nec, contra regulam Logicam Bonique Interpretis: *Talia ſunt prædicata, qualia permittuntur à Subjectis*, ad Subjecta incompatibilia, *per fallaciam Compoſitionis & Diviſionis*, extendenda: attento: Prædicatum Imperii Civilis Gallici cum Jure Civitatis Imperialis liberæ atque immediatæ jure incompatibile eſſe, atque eandem Civitatem Imperii Liberam Immediatamque & Municipalem Gallorum eſſe, συνηρέξυλον antehac in foris Juriſconſultorum æquè ac Politicorum inauditum, cenſeri: Dico: *vel, ſi reſpicit, non de Supremo Dominio in Territorium, ſed de Supremo Dominio in Præfecturam ſeu Advocatiam, accipiendus eſt:* De *Dominio*, inquam, Supremo *non-territoriali:* virtute cujus Rex Chriſtianiſſimus ſubſtituere poteſt Præfectos ſeu *Advocatos* Provinciales ſubalternos (Affter-Landvögte) cum ſuperiores (Ober-Landvögte) tum inferiores (Unter-Landvögte) ſi mavis, *Dominium Supremum Advocaticum ſeu Landvogtejicum non-Territoriale.* Sicut enim conventione Pacis Weſtphalicæ in partibus quibusdam Alſatiæ *Dominium Supremum non-Territoriale Landgraviale* introductum eſt, ut §§. *antec.* dictum: Ita quoque ex eadem conventione in quibusdam partibus ejusdem Provinciæ

vinciæ *Dominium Supremum non-Territoriale Advocaticum ſeu Landvogtejicum*, ortum eſt. Atque ex eo tempore *Advocatia* ſeu *Landvogteja* Alſatica alia *Territorialis*, alia *ſimplex* ſeu non-Territorialis; Advocatia ſimplex rurſus alia *Independens*, alia *Adminiſtratoria*, eſſe cœpit. *Territorialis* quidem, Advocatia Cæſaris & Imperii majeſtatica; Advocatia *ſimplex Independens*, Regis Chriſtianiſſimi; Advocatia *Adminiſtratoria*, Præfectorum Subalternorum ſeu *Sub-Advocatorum*, cum *Superiorum* (der Ober-Landvögte) qualis fuit Principis de Harcourt ejusque Succeſſorum, tum *Inferiorum* (der Unter-Landvögte) quorum mentio fit in Actis Arbitrii Ratisbonenſis & ſupra *c. 1.* prout infra amplius explanabitur. Quidquid etiam de Ceſſione Supremi Dominii *in totam Alſatiam* ex eodem paragrapho quidam elicere conantur, quod merum figmentum eſſe eorum, qui Coronæ Gallicæ adulantur, ex §. *Teneatur*, quo ipſi Plenipotentiarii Gallorum X. Civitates noſtras Liberas Immediatasque Imperiales declarari paſſi ſunt, plusquam manifeſtum eſt, atque ex iis, quæ ad primum Gallorum argumentum reſponſa ſunt, ulterius apparuit. Nec eſt, quod quis ſub Juribus, quæ ad Domum Auſtriacam ſpectabant, aliquid arcani latuiſſe exiſtimet, cum, quicquid etiam ſub iisdem contineri concipiatur fingaturve, nihil aliud, quam, quod Regiæ Superioritati contrarium eſt, eſſe poſſit, cum Superioritas Regia Juribus Auſtriacis in d. §. *Teneatur.* disertè opponatur. (*vid. Acta in puncto Juram. fidel. ex cap. ſupr. Domin Regi Gall. in Præfecturam Competentis Arbitrio Ratisb. exhibita.*)

§. XIV. Conſentit Ulrici Obrechti *Alſaticarum Rerum Prodromus c. 8. p. 153.* ibi: *Interpretationem ceſſi Juris circa Præfecturam Provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum impeditam reddidit, quod Gallia Supremum Dominium non in Præfecturam ſaltem, ſed ratione Præfecturæ in ipſas quoque Civitates illas ſibi competere, eique per Libertatem Immedietatemque Civitatibus reſervatam nihil detractum eſſe, adſtrueret:* (*Inſtrum. Pac. verſ. Ita tamen*)

 Civi-

Digitized by Google

Civitates verò ſe ab illo Supremo Dominio diſertâ Libertatis Immedietatisque reſervatione exemptas dicerent; maximè, cum Regem Chriſtianiſſimum, nullam ulterius in eam Regiam Superioritatem prætendere poſſe, ſed iis Juribus contentum manſurum, quæ ad (Art. Teneatur Rex Chriſtianiſs.) *Domum Auſtriacam ſpectabant, ipsâ Pacis formulâ cautum ſit.* Et p. 154. ibi: *Hinc de Juris ceſſi effectibus* (malo, generibus) *Diſputatio: Civitatibus conſentientibus Galliæ in Jus Advocatiæ ſeu* (vid. Acta Arbitr. Ratisb. p. 5.) *Protectionis ſpeciale: Conſtitutionem Præfecti inferioris: Præſtationem annuæ pecuniæ pro Protectione: Partem dimidiam certi cujusdam Proventus in Civitate Colmaria: Extraditionem Reverſalium, quibus Superior æquè ac Inferior Præfectus, Civitatum Libertatem, Privilegia & Jura protegere, mediante juramento promittunt; Civitatum juramentum obedientiæ reſtrictum & limitatum erga Præfectum Superiorem & Inferiorem, exceptâ tamen erga utrumque Weiſſenburgo, erga hunc Landavia: Jus Auſtregarum ex ſpeciali privilegio, quod obligat Præfectum utrumque, reliquas Civitates pro Judicibus & Arbitris agnoſcere, quotiescunque cum illarum aliquâ jure experiri neceſſe habet: Denunciationem faciendam Præfecto Inferiori ad actum renovandi Senatus annuum: ſed ita, ut nec abſentis ratio habeatur; & præſens interceſſione aut ſuffragio deſtituatur; exemptâ hic quoque à denunciandi neceſſitate Weiſſenburgo & Landaviâ, Oberehenheimio verò denunciante non ad renovationem Senatus, ſed ad videndum & audiendum Imperio jurare univerſos Cives. Contradicentibus verò Eisdem:* (ibid. p. 6.) *quoad juramentum Fidelitatis Immediatum erga Regem: Subſtantialem Reverſalium mutationem: diſpoſitionem in Eccleſiaſticis: diſpoſitionem in Militaribus, & ſub illa Jus muniendi & imponendi Præſidii: concurrentiam Jurisdictionis cum Summis Imperii Tribunalibus: liberum tranſitum Copiarum Regiarum per Civitates, illarumque Hoſpitationes in iisdem: Admiſſionem Præfecti Superioris ad actum renovandi Senatus annuum: Conſtitutionem Præfecti Civici in Urbe Weiſſenburgo: Conſtitutionem Præfecti Impe-*

imperialis in tribus Civitatibus, *Kayſersberg*, *Münſter & Turing-heim*: *auctionem & exactionem Vectigalium de lignis & materialibus ad agrorum & vinearum culturam pertinentibus*, *de novis & aliis pluribus.* Add. Id. *Prodrom. Rer. Alſat. c. ult.* ubi de Præfectura Provinciali Alſatica ex profeſſo agitur. In ſpecie verò 1. de Membris ad Præfecturam Hagenov. pertinentibus *p.* 323. *& ſqq.* 2. De Fidelitate Advocatis à Civitate Colmaria nonnili conditionatè præſtita. *p.* 320. ibi: *Civitates fidelitatem Præfectis Regis Adolphi promittunt. Scultetus Columbarienſis Fidelitatem promittere recuſavit*, *niſi Advocatus Otto de Oxenſtein promittat Regis nomine*, *officium Sculteti ad vitam Regis*: *expulſos non reducere*: *Civitatem potenter non intrare. Advocatus hæc pollicetur*: *recepta fide*, *ne Civitas Columbarienſis alteri quam Regi Adolpho tradatur.* 3. de eo, quod *Advocatus* Alſatiæ *ſolenne Juramentum* præſtiterit Hagenoviæ A. 1305. Id. *p.* 321. ibi: *Juramentum Advocatia præſtitit Hagenoa die Mercurii ante D. Hilarii eodem Anno.* & *p.* 322. ibi: *juravit die quarta ante F. S. Mariæ Magdalenæ Anno eodem.* Ex quibus, Hagenoam ſedem Advocatorum Imperialium Provincialium fuiſſe, colligitur. 4. de Terminis Præfecturæ Hagenovienſis Id. *p.* 328. *in f. & ſq.* ibi: *Quanquam Corona Francica quidem dudum teſtata ſit*, *Præfectura decem illarum Civitatum ſe acquieſcere*, *nec aliam quærere.* vid. ſuccincta Diſcuſſio Reſponſionis Civitatenſium, nomine Chriſtianiſſimi Regis exhibita Ratisbonæ *d.* 12. *Aug.* 1669. *ut adeò dubitare nequeant*, *ſe non tantum contra clariſſimam rei evidentiam*, *ſed vel maximè in gratiis Regis Chriſtianiſſimi*, *ſagaces eſſe*, *qui Ceſſionem Pacis Weſtphalicæ ultra decem in ipſis Pacis tabulis enumeratas Civitates atque illarum dependentias privatis hariolationibus extendunt.* Add. Id. *p.* 332. ubi explicationem de ipſius Præfecturæ limitibus peculiari deſcriptioni de ſingulis Civitatibus ſub eadem Præfectura comprehenſis, reſervavit. 5. de Dependentiis à Præfectura

 Hage-

Hagenovienſi Id. *p.* 330. ibi: *de locis & Juribus dependentibus à dicta Præfectura, pleraque hodie in lite & controverſia publica verſantur: quorum deciſionem à me nemo expectabit. Ceſſas eſſe illas dependentias, & appertinentias, Regi Chriſtianiſſimo & Coronæ Francicæ, indubium eſt: ait enim Inſtrumentum Pacis ipſum,* cedi Præfecturam Provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, omnesque pagos, & alia quæcunque jura, quæ à dicta Præfectura dependent. *Idem mox repetitur, addita pleniori enumeratione Jurium ſingulorum.* Quibus nihil addo: dummodo cogitemus, Præfecturam quidem Provincialem Hagenovienſem ad Pagos Præfectoriales, qui vulgò die Landvogtey/ ſive die in die Landvogtey gehörige Dörffer appellantur, pertinuiſſe, non tamen ad eosdem, ut dependentes à Præfectura eadem, quatenus in decem Civitates competiit, ſpectaſſe, cum Pagi iidem Imperio Germanico æquè ac ipſæ Civitates immediatè ſubjecti fuerint, prout ex Documento *ſupra c. 1. §. 2.* allegato, inter Adjuncta *ſub N. 11.* conſpicuo, apparet. Ex quo ſimul intelligitur, Coronæ Gallicæ non magis in dictos pagos ipſos, quam in Decem Civitates, dominium territoriale ceſſum eſſe, niſi Documenta diverſum cantantia proferantur. Præcipuè verò conſulatur Author der ſummariſchen jedoch gründlichen Ausführung des H. R. Reichs Landvogtey Hagenau/ A. 1647. edit. ubi ſolidè atque per Documenta ſeu Diplomata Caroli IV. aliorumque Imperatorum ad oculum monſtratur, Præfecturam Provincialem Hagenovienſem, ſive Landvogtejam, neque ab origine, neque in progreſſu ſuo, unquam quicquam aliud, quam Advocatiam extraordinariam, conventionalem, & quidem perſonalem, neutiquam verò jure Pignoris Antichreſiosve Imperialis affectam, multo minus hereditariam, minimè omnium vero Juri Superioritatis Territorialis Præfectorum ſubjectam, fuiſſe.

Cui

Digitized by Google

Cui admodum ſuffragatur Autor Scripti Gallici, cui titulus: *Information ſummaire & hiſtorique touchant les dix Villes Imperiales en Alſace, & cela au regard de la Prefecture Provinciale d'Haguenau. edit. 24. Auguſt. 1697.* Nec obſtat argumentum ab acceſſoriis Præfecturæ cum ipſa Præfectura ceſſis petendum: quidquid etiam de Pagorum aliorumque jurium, quæ à dicta Præfectura dependent, acceſſione inferri poſſe videatur: quippe quod omne non de dependentiis & appertinentiis Territorii X. Civitatum noſtrarum, cum quibus nullam connexionem facti jurisque habet, ſed de dependentiis & appertinentiis ipſius Præfecturæ (qua talis) ſecundum ipſam literam, accipiendum eſt. conf. Henr. Coccej. *Prud. Jur. Publ. ſupra citat. c. 5. S. 2. §. 39.* Appertinentiæ enim Præfecturæ ſimiles ſunt Appertinentiis Landgraviatus.

§. XV. Quibus omnibus Colophonidis loco addi poſſunt aliquoties allegatæ *Declaratio Statuum Imperii* intra Tractatus Pacis Weſtphalicæ d. $\frac{12}{22}$. Aug. 1648. Plenipotentiariis Gallicis exhibita, eamque ſecutæ *Literæ Eorundem ad Regem Chriſtianiſſimum de d. 28. Septembr.* quibus voluntatem ſuam conſtantem, perpetuam atque immutabilem, Civitates noſtras æquè ac reliqua Alſatiæ Membra Imperio Germanico conſervandi, profeſſi ſunt, quæ omnem circa materiam ceſſam, ſi quisupereſſet, ſcrupulum adimere poſſent. vid. Adjuncta ſub *N. 28.* & *N. 29. A. B.* conf. *Deductio* der mehrern Herren Reichs-*Deputir*ten über des H. Reichs habende *fundamenta ſub N. 69.* ibi: Es bezeugt auch des geſamten Reichs A. 1648. bey denen Friedens-Tractaten verſamlet-geweſter Ständen die hiebey gefügte ſolenne Declaration, ſamt dem von Ihnen an Ihro Königl. Majeſt. abgelaſſenen Schreiben/ daß an dergleichen enorme Ceſſion, als jetzo prætendirt wird/ damahln nicht gedacht worden/ auch ſolches einzugehen nicht in Ihren Mächten geſtanden ſeye.

§. XVI.

§. XVI. Nec juvant quæcunque in ſupra allegatis *Arreſtis Gallicis* vel ab Advocato Regio poſtulante narrata, vel ab ipſo Conſilio Supremo decernente pronunciata ſunt. Quantum enim in *Arreſto priori de d. 22. Martii A. 1680.* præſuppoſitum Advocati poſtulationem ſuam confirmantis à contextu Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ differat, conferenti verba utriusque ſine difficultate apparebit. Advocatus Regius narrat: quod per Pacem Weſtphalicam concluſam inter Plenipotentiarios Gallicos & Germanos *die 24. Octobris* 1648. Imperator & Imperium Coronæ Gallicæ ceſſerint & tranſtulerint omnia Jura Superioritatis, proprietatis, poſſeſſionis, Dominii, & Jurisdictionis, quæ Imperator, Imperium & Domus Auſtriaca habuerunt in Civitate Briſaco, *in Landgraviatibus* Superioris & Inferioris Alſatiæ, Sunrgovia, & in *Præfectura Decem Civitatum Imperialium* in dictâ Provinciâ ſitarum, & in omnibus locis & pagis dependentibus, hominibus, Vaſallis, ſubditis, cum omni Jurisdictione & ſuprema poteſtate, ut ſint & maneant in perpetuum dictæ, Provincia, Civitates, Pagi, Status, Præfectura, Domania, Jura & aliæ res generaliter, omnes, unita & incorporata in perpetuum Coronæ Gallicæ, cum expreſſa declaratione Imperatoris, Imperii, Archiducis Auſtriæ, Ferdinandi Caroli, ut Ordines, Magiſtratus, Miniſtri & Subditi dictarum Terrarum, Civitatum & Dominiorum, ſint exoneratæ à ſervitute & juramento, homagio & ſervitio, quibus illis fuerant usque ad diem Tractatus obligatæ, adſtrictæ & alligatæ, remittendo eas ſub ſervitutem Gallicam, obedientiam & fidelitatem, & Coronæ Gallicæ, quæ ſtabilita & conſtituta eſt in plena & juſta Superioritate, proprietate & poſſeſſione dictarum Terrarum, Statuum, Domaniorum, Præfecturæ & aliorum Jurium &c. Sic, inquam, Advocatus Regius narrat, atque in narratis ſuis præſuppo-

ſuit;

fuit; ſermone tamen, partim falſo, partim, turbato textus ordine, propoſito. Falſo, inquam: ubi enim quæſo in Inſtrumento Pacis leguntur hæc verba: Imperator & Imperium cedunt & transferunt omnia Jura Superioritatis &c. ubi habentur verba: *ut ſint & maneant in perpetuum dictæ, Provinciæ, Civitates, unitæ & incorporatæ Coronæ Gallicæ?* Turbato, inquam, textus ordine: quæ enim infra de Superioritate non-territoriali, vel territoriali quidem, ſed tanquam acceſſoria certorum objectorum particularium, vel Jurium quorundam ceſſorum, dicuntur, ab Advocato Regio loco objecti principalis, communis & univerſalis ceſſi, ſtatim ab initio ſermonis ſui præponuntur, aperta cavillatione: cum plurimum interſit, inter Formulam, qua *omnia Jura Superioritatis* alicui ceduntur *in Provinciam, Civitates, Homines & loca ejus alia,* & Formulam, qua ceduntur *omnia Jura, in Landgraviatus, Præfecturam ſive Advocatiam in Civitates, pagos, homines cum Jurisdictione & Superioritate.* In priori quidem Juribus Superioritatis univerſaliter ad omnia objecta ceſſa, poſteriori autem tantum ad quædam, & compatibilia, ſpectantibus. Equidem Inſtrumentum Pacis noſtræ generaliter Jurium ab Imperatore & Imperio Germanico Regi Chriſtianiſſimo & Coronæ Gallicæ ceſſorum in paragraphis allegatis meminit, Idem Suntgoviæ, Landgraviatuum in Alſatia Superiori & Inferiori, Præfecturæ Provincialis Hagenoenſis in Decem Civitates Alſatiæ unitas, nec non Briſaci ſermonem facit, Idem Supremi Dominii, omnimodæ Jurisdictionis, *Regalium*, aliorumque Jurium quorundam in Galliam translatorum mentionem injicit, Idem Briſacum cum territorio & Banno, Idem Suntgoviam, quatenus ad Sereniſſimam Domum Archiducalem Auſtriacam ſpectavit, Idem omnia *Jura in Landgraviatus* utriusque Alſatiæ,

N nec

nec non *in Præfecturam Hagenoenſem in Decem Civitates in Alſatia* eidem Domui quondam competentia ceſſa refert: Verum enimvero, ut Idem Advocatus Regius, poſtquam narraſſet in *præſuppoſito* ſuo, Imperium Germanicum Coronæ Gallicæ ceſſiſſe omni Supremo Dominio in Alſatiæ Landgraviatibus & Præfectura Hagenovienſi, non diſtinxit inter Supremum Dominium *in Alſatiam*, & in Supremum Dominium *in Alſatia*, quam libenter agnovit Blondellus allegatus in Deductione ſuccincta ſupra nominata: cui gemina eſt diſtinctio inter Supremum Dominium *in Alſatiam*, & Supremum Dominium *in Landgraviatus & Præfecturam Hagenovienſem, in Alſatia*, multo minus verò attendit, aliud eſſe Supremum Dominium *in Landgraviatibus* Alſatiæ & *Præfectura Hagenovienſi*, qua formula Advocatus ille uſus eſt, aliud Supremum Dominium *in Landgraviatus* Alſatiæ & *Præfecturam Hagenoenſem*, qua formula fere conceptus eſt textus in *§. Tertio Imperator* &c. Minimè omnium verò conſideravit, quantum interſit inter formulam, qua *Jura in Landgraviatus* Alſatiæ & *in Præfecturam* Hagenovienſem *cum Supremo Dominio*, Imperio Germanico & Domui Auſtriacæ competentia, Coronæ Gallicæ ceduntur, & inter formulam, qua *Jura & Supremum Dominium in Landgraviatus & Præfecturam*, imò *in ipſam Alſatiam* ceduntur, cum, qui *Jura in Landgraviatum* vel *Præfecturam* cedit, cum *Supremo Dominio*, Superioritatem tantum acceſſoriam *in ea Landgraviatus* vel *Præfecturæ Jura acceſſoria*, quæ ceſſione continentur, cedit, qui verò *Supremum Dominium in Landgraviatum* vel *Præfecturam* cedit, Superioritatem in ipſum Landgraviatum & Præfecturam ceſſiſſe intelligatur; (quamvis in noſtro caſu, quo *Landgraviatus & Præfectura nullum Territorium ſignificant*, parum interſit) Ita idem Advocatus, priusquam ſubſumeret, & ſubſumſit, probe ponderare debebat, quantum inter Alſatiam ipſam

ſeu

ſeu *territorium Alſatiæ*, atque inter *Landgraviatum* Superioris & Inferioris Alſatiæ, itemque *Præfecturam* Provincialem *Hagenovienſem*, quæ *certa* tantum *qualitates Alſatiæ* ſunt, interſit, conſiderare, quod non illicò, qui Supremum Dominium in *qualitatem Landgravialem* vel *Præfectoriam* alicujus diſtrictus cedit, Supremum Dominium in territorium illius diſtrictus ceſſiſſe intelligatur, cogitando, duas has propoſitiones non eſſe æquipollentes: eſſe *de territorio* Alſatiæ ſive *de Alſatia*, & eſſe *de Præfectura* vel *Landgraviatu Alſatiæ*. Denique non confundere debebat ceſſionem, quâ certa Jura Provinciæ e. gr. *Landgraviatus*, vel *Præfectura*, quæ *Jura & Res incorporales*, non territorium terramve Alſatiæ, ſignificant, cum omnibus Juribus, Jurisdictione & Superioritate conceduntur *generaliter*, confuſe & *indefinite*, cum ceſſione, quâ eædem ceduntur *ſpecialiter*, diſtinctè, *definiteque:* cum formula Orationis generalis & indefinitæ non contineat voluntatem cedentis univerſalem, quam formula Orationis ſpecialis definitæque prodit. Sunt enim partes paragraphi *Tertio Imperator* &c. *& ſeq.* duæ: prior generalis, poſterior ſpecialis. In priori, quæ deſinit in verſ. *Ita ut* &c. generaliter, confuſe atque indefinite ceduntur Jura, quæ Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ quondam in Briſacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, Suntgoviam & Præfecturam Hagenovienſem competierunt &c. In poſteriori autem, quæ à dicto verſ. *Ita ut* &c. incipit, & in paragraphi *Itemque* &c. fine deſinit, *ſpecialiter*, diſtinctè atque definite exponitur, quibus cum Juribus *& pertinentiis* Briſacum, Suntgovia, Landgraviatus & Præfectura Hagenovienſis ceſſa intelligi debeant. Tandem plurimum inter Jura in Totam Alſatiam & in certum diſtrictum ejusdem, nec non inter Jura in totam Alſatiam, & inter Jura *in partes Juris ceſſi* intereſt: cum partes Juris ceſſi ne dimidiam qui-

 dem

dem partem totius Alſatiæ efficiant; quippe plurimis Alſatiæ locis, nec Landgraviatu, nec Præfecturâ Hagenovienſi affectis. Quod autem ſententiam ab ipſo Conſilio Supremo pronunciatam attinet, nolo in eâdem exemplum vitioſi illius moris quærere, de quo conqueritur Scriptura Sacra, Michæ *c. 7. v. 3. quod Princeps vult, ſive deſiderat, Judex pronunciat, ut ejusdem gratiam reciprocam mereatur:* qui eam de Juſtitia & Æquanimitate Regis Chriſtianiſſimi opinionem concepi, ut omnino mihi perſuaſum ſit, quod, ſi merita Cauſæ præſentis eidem bonâ fide relata eſſent, nunquam in Arreſtum tale conſenſurus fuiſſet; Non tamen ſatis mirari poſſum ejusdem Conſilii Supremi Judicium, quo ad promovendam Coronæ Gallicæ utilitatem adeo properavit, ut, licet Procuratoribus Poſſeſſorum, contra quos Procurator Regius procedebat, titulorum inveſtigandorum cauſa Inducias ſemeſtres concedendas eſſe cenſuiſſet, tanta tamen velocitate ad Arreſtum illud *Proviſionalis Immiſſionis* convolaverit, ut contra proditas & receptas in omnibus foris regulas judicare non ſit veritum.

§. XVII. Quantum etiam in *Arreſto poſteriori de die 9. Auguſti ejusdem Anni 1680.* Confirmatio ſeu Præſuppoſitum Advocati Regii poſtulantis à contextu Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ remota ſit, ex præſuppoſitis, quibus nititur, duobus ſponte animadvertitur, altero, quod Dominium Supremum Territoriale in Alſatiam Superiorem & Inferiorem Coronæ Gallicæ per Pacem Weſtphalicam Neomagenſi confirmatam ceſſum ſit; altero, quod Status Alſatiæ Inferioris à Leopoldo Archiduce Auſtriaco, eodemque Epiſcopo Argentinenſi, in Anno 1625. boni publici Provinciæ cauſa Seleſtadium convocati fuerint, ibique tanquam membra ejusdem Provinciæ & Landgraviatus Inferioris Alſatiæ comparuerint, utroque tamen admodum infirmo. Quemadmodum

modum enim prioris præſuppoſiti falſitas abunde ſupra in explicatione contextus Inſtrumenti, de cujus intellectu agitur, oſtenſa eſt, notata æquivocatione Termini *Supremi Dominii*, diſtincta Superioritate Supremoque Dominio Non-Territoriali à Territoriali, diſcretisque objectis ſeu ſubjectis cum Supremo Dominio compatibilibus ab incompatibilibus, nec non demonſtrata neceſſitate reſtringendi Supremum Dominium ad res & Jura quædam Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ competentia &c. Ita poſterius, quod præſupponitur, cum in ſuppoſito tum in ſubſumto nullum eſt. In ſuppoſito, inquam, cum *Jus Landgraviatus Alſatiæ* nullam unquam Superioritatem Territorialem importaverit, ut ſupra jam dictum, atque in Prodromo Obrechtiana deductum eſt, ex Hiſtoria verò Succeſſionis Landgraviorum, publicis documentis Actisque confirmata, manifeſtum, quod nullus à primo ad ultimum usque Judiciariam Landgravialem poteſtatem potiori, quam feudi, titulo tenuerit, exercueritque. Tantumque abeſt, quod Jus Landgraviatus Alſatiæ in Superioritate Territoriali conſtiterit, quam dictu abſurdum eſt, Comitibus illis Oetingenſibus, qui quondam Landgravii Alſatiæ fuerunt, Jus Superioritatis Territorialis in Alſatiam tributum fuiſſe. Conferantur omnino Acta in Cauſa Oettingen contra Fleckenſtein / die Eilff Riedt-Dörffer im Untern-Elſaß betreffend / coram Illuſtriſſimo Judicio Cæſareo Aulico circa finem ſæculi anterioris ventilata, ſupra jam nominata. Adeoque nulla conſequentia foret: Status Alſatiæ Inferioris ab Archiduce Leopoldo, tanquam Landgravio Alſatiæ, convocati ſunt, ut membra Landgraviatus, Ergo convocati ſunt ab eodem Jure poteſtatis territorialis; ut contrarium potius inde inferri poſſet, ſcilicet ideò eosdem non convocatos fuiſſe à Leopoldo Jure Superioritatis Territorialis, quia Jure poteſtatis Landgra-

vialis eosdem vocavit: cum *poteſtas Landgravialis Alſatica Territorialis in Hiſtoria Juris Publici nil niſi Ens rationis Gallicæ ſit.* Dico, in ſubſumpto: quoniam Leopoldus, Archidux Auſtriæ, idemque Epiſcopus Argentinenſis, cæteros Status Alſatiæ Interioris non convocavit, ut Landgravius, ſeu Jure Landgraviatus, ſed ut membrum quoddam Provinciæ Ordine prius, vel intuitu dignitatis Archiducalis vel Epiſcopalis, vel ex obſervantia antiqua conventioneve Conſtatuum, quemadmodum quotidie membra Circulorum minus nobilia à Nobilioribus, quibus antiquitus Directorium, quod vocant, conceſſum fuit, convocantur, nulla Imperii vel Superioritatis Territorialis poteſtate Directoribus tributa; qui, quatenus Landgravius, ne quidem Status Alſatiæ fuerit, ſed nuda poteſtate Juriſdicundi ſive Judiciaria gaudens, nec magis Jure Superioritatis Territorialis gaudens, quam Præſes vel Judicii Cæſarei Rothvvilenſis vel Judicii cujusdam Provincialis Suevici, quibus membra Circuli Suevici nihil neque Superioritatis neque Conſtatus Jurium hactenus conceſſerint. Conf. Henr. Coccej. *Jur. Publ. Prud. c. 5. ſect. 2. §. 39. junct. c. 32. §. 41. & ſeqq.* Fruſtra igitur urgentur verba Inſtrumenti Pacis Monaſterienſis, quibus *inter Jura ad Domum Auſtriacam ſpectantia & per Tractatum Pacificationis* Weſtphalicæ *cum Supremo Dominio ceſſa*, etiam referatur *Jus Landgraviatus Alſatiæ Superioris & Inferioris*, ſub quo tota Alſatia comprehenſa intelligatur, fruſtra nominatur exemplum Conventus *A. 1625. die 20. Maji* Seleſtadii auctoritate Archiducis Leopoldi, Epiſcopi Argentinenſis, convocati, quod in narratis utriusque Arreſti allegatur, cum; *quantum ad ſuppoſitum*, Landgraviatus Alſatiæ; quantumvis cum Supremo Dominio ceſſus, nullam Superioritatem Territorialem importet; *quantum verò ad ſubſumptum:* Status Alſatiæ, quibus Immedietas in *§. Teneatur.* tribuitur, nunquam ſub Land-

gra-

graviatibus fuerint &c. ut, præter dicta, bene oſtendit aliquoties citata *Deductio ſuccincta* ibi: *Nous avons deja remarque, qu' en conſequence du §. Teneatur. Sa Majeſte Tres Chreſtienne s' eſt obligee de laiſſer les Eſtats d' Alſace paiſiblement dans l' Eſtat ou ils eſtoient alors &c. Or eſt il notoire, que non ſeulement du temps de la Ceſſion du Landgraviat, mais long temps au paravant ils n'ont rien eu de commun avec le dit Landgraviat. Et il ne s' enſuit point du tout, les Eſtats de la Baſſe Alſace convoques par l' Archiduc Leopold Eveſque de Strasbourg, comparurent (a la reſerve de la Ville de Strasbourg, qui n'y fuſt point) le 20. May 1625. a Seleſtat en perſonnes ou par Deputes, dont ils ont eſte compris ſous le dit Landgraviat, parce que le dit Archiduc a eſte Landgrave, comme le Conſeil conclud dans ſon Arreſt. Car tel argument ſeroit non ſeulement une petitio principii, mais auſſi directement contraire au ſtyle commun & a ce qui ſe practique, les Eſtats n' ayant eſte convoques, comme faiſant partie du Landgraviat, ains comme membres de l' union de pluſieurs differents Eſtats de la Baſſe Alſace: En quoy la difference eſt tres evidente, puisque rien n' empeche, que pluſieurs Eſtats de diverſes provinces ſoient compris dans une meſme Union, a l'exemple des Provinces Unies des Pays Bas & de trois Cercles de l' Empire correſpondants au fait de la Monnoye, ſçavoir celuy de Baviere, Suabe & Franconie. Il eſt donc indubitable, que les termes Landgraviatus Superioris & Inferioris Alſatiæ, ne ſont aucunement convertibles avec la haute & baſſe Alſace meſme, comme l' Arreſt du Conſeil Souverain du 22. Mars conclud ſur un fondement inſouſtenable, lorqu' il dit: Il eſt ſans difficulte, que toutes les Villes, Bourgs & Villages ſitues dans la Baſſe Alſace &c. ſont de noſtre Souverainete: Car ſans prendre recours a l' antiquite, qui prouve, que pluſieurs Eſtats & Villes d' Alſace n' ont jamais eſte conte ſous le Landgraviat de l' Alſace, il ſuffira de rappeller en memoire ce que le tres excellent & tres-ſcavant David Blondel (qui a eu l' honneur d' emporter*

de

Digitized by Google

de Sa Majeſte Tres Chreſtienne le teſmoignage irrevocable d'avoir travaille pour l'honneur, le reſpect, la gloire & ſplendeur de la Couronne de France, avec une profonde erudition particulierement en ce qui regarde l'hiſtoire tant ancienne que moderne, & d'avoir eu du zele pour le ſervice de la dite Couronne & pour la defenſe de ſa patrie (voyes privileg. Reg. impreſſor) avoue luy meſme, dans la preface du Livre intitule, Aſſert. Geneal. Franc. contre le Sieur Chifflet (le quel Livre fuſt imprime en l'an 1654. & ainſi ſix années entieres apres la Concluſion de la Paix de Weſtphalie) ou apres avoir expoſe ſuccinctement ſous le titre, Alſatia Vindicata, ce qui avoit eſte cede a la Couronne de France, il s'occupe demonſtrer, que le Landgraviat ne s'eſt pas eſtendu ſur toute l'Alſace, diſcernant entre autres choſes ſoigneuſement l'Eveche de Strasbourg avec l'Alſace Francoiſe & expoſant, qu'il y a de la difference inter Jus in Alſatiam & in Alſatia, in Genealogia Francica pleniori Aſſertione p. 375. Scripſerat enim Chiffletius N. Uxor Ludovici Comitis Oetingenſis (qui eſtoit Landgrave d'Alſace) qui Jus, quod in Alſatiam habuit, Eccleſiæ Argentinenſi vendidit, reſpondet Blondellus, Uxori Ludovici Oetingenſis, in Alſatia Jus eſſe potuit, non in Alſatiam &c. Meretur verò his omnibus addi, quod breviter quidem, ſed nervosè admodum dictum eſt ab Henrico Coccejo, celeberrimi nominis JCto, in *Jur. Publ. Prud. c. 5, ſect. 2. §. 39.* ibi: *Landgraviatus verò Alſatiæ, qui d. §. 73. ceſſus eſt*, nudum nomen Judicii eſt, **Land-Gericht /** uti reliqua in terris immediatis, (qualis & Alſatia eſt) Judicia regni Provincialia, **die Kayſerliche Land-Gerichte in Schwaben / Francken ꝛc.** quæ & ipſa Landgraviatus dicuntur. *c. ult. §. 41. Etſi enim Landgraviatus in terris mediatis in veros Principatus jam olim erecti ſint, in immediatis tamen manſere Judicii & Juriſdictionis nomina d. §. 41. & in addit. vid. & cap. 8. Cum itaque hic* Landgraviatus*, qui tum erat Auguſtæ Domus Auſtriacæ, ſit Jus ac nomen à Summo Imperio diſtinctum, illo*

ſolo

Digitized by Google

ſolo ceſſo hoc ceſſum intelligi nequit. Et quæ in d. §. 74. recenſentur, illius, non hujus, ſunt Regalia, & Acceſſiones; *Merito tamen Imperii conſenſu opus fuit, ſine quo nec* Judicium Imperii *alienari potuit, nec tranſire jus, quod Imperio ex Judicio competit, uti conſtituere Judicem & Præfectos, &c. quibus tamen non abſolvitur ſummum Imperium.* Hinc *in antiquis Diplomatibus in* [illegible] *ponuntur* die Landgrafſchafft und das Land-Gericht des Untern-Elſaſſes / *rationem vid. apud Carol. du Freſne Gloſſar. voc. Com. Provinc. & Landgrav.* Ulric. Obrecht. *Prodrom. rer. Alſat. c. 12. p. 300. in margin.* Exemplum verò Cavillationis non vulgaris eſt, quo locum paragraphi *Teneatur.* de Reſervatione *Immedietatis* Statuum Alſatiæ conceptum, in eum ſenſum detorquere conatur Advocatus Regius, ne intentioni ſuæ noceat, dicens 1. prætenſam Immedietatem Imperii reſervatam, cujus beneficio Status Alſatiæ Superioritati territoriali Regiæ ſe ſubtrahere conentur, non poſſe nocere Juribus Regiis; 2. alias paragraphum illum implicaturum eſſe contradictionem. 3. terminos fini paragraphi inſertos omne dubium tollere, quatenus ibi dicatur, quod eadem Immedietas nullum præjudicium afferre debeat Supremo Dominio, quod Coronæ Gallicæ ceſſum eſt, ut ibidem unitum & incorporatum ſit perpetuo. Primo enim Advocatus idem Intentionem ſuam cum Juribus Regiis confundit; cum verum quid. ſit, quod reſervatio Immedietatis Statuum Alſatiæ Regiis Juribus nocere non debeat, Intentio autem Advocati Regii, qua Superioritatem Territorialem Regi ſuo adſerere conatur, ad utilitatem ſolam non ad juſtitiam Coronæ Gallicæ ordinata eſt, nec inter regia Jura referri poteſt, cum præſuppoſita Superioritatis Territorialis ceſſio, nil niſi Poſtulatum in cerebro Gallorum natum, Ens, inquam, rationis Gallicæ ſit. Secundò, ſi Advocatus idem Supremum Dominium ſupra con-

Digitized by Google

ceſſum, cujus paragraphus *Teneatur.* meminit, non de Superioritate Territoriali in Terras Statuum Alſatiæ, ſed vel de Superioritate non-territoriali, vel de Superioritate territoriali quidem, ſed in terras à terris Statuum Alſatiæ diverſas, accepiſſet, ut debuit, nullam inter principium dicti paragraphi, quo Immedietas Statibus Alſatiæ ibidem nominatis reſervatur, & inter finem ejusdem contradictionem inveniſſet: cum Immedietas territorialis Imperialis cum Supremo Dominio Gallico territoriali ejusdem Provinciæ, vel earundem terrarum, prorſus Incompatibilis ſit; cum Supremo Dominio non territoriali vel diverſæ Provinciæ. e. gr. partis forte Suntgoviæ, vel terrarum ad Briſacum in Briſgovia ſitum pertinentium, non æque: ſublato, inquam, conceptu *Territorialitatis*, quem Advocatus Regius fini paragraphi quæſtionis intulit, tollitur omnis Contradictio: Immedietatem enim aliam, quam Territoriali Superioritati Gallicæ contrariam, fingere, nec ſtylus conſuetus Juris Publici Germanici permittit, nec contextus ipſius paragraphi, quo Galli Superioritati Regiæ in terras Statuum ibidem nominatorum prætenſæ, diſerte renunciant, patitur. Tertiò, ſi verba Dominii Supremi ſupra conceſſi, de Supremo Dominio Territoriali in terras Statuum nominatorum acciperentur, dubium ſane non removerent, ſed moverent; ſin de non-territoriali, vel de Dominio in terras diverſas, contrà rem omnem planam facerent; Quod denique Reſervatio Immedietatis Statibus Alſatiæ nominatis tributa nullum præjudicium Supremo Dominio Regi Chriſtianiſſimo ſupra conceſſo adferre debeat, verum eſt, quod verò Dominium Supremum Regi Chriſtianiſſimo ſupra conceſſum ſit Dominium territoriale in terras Statuum nominatorum, perpetuum poſtulatum atque impudens petitio principii eſt: quod & benè ſenſit Auctor ſæpe allegatæ Deductionis &c. Quibus

bus adminiculatur Contextus ejusdem §. *Teneatur.* quo non tam per Reſervationem Immedietatis Statuum nominatorum, quam per *Declarationem Renunciativam* Gallorum, quâ prætenſæ Supremæ Poteſtati Regiæ in terras dictorum Statuum renunciant, nihil detractum intelligi debet Supremo Dominio ſupra conceſſo. Quisquis igitur ex §. *Teneatur.* ita argumentaretur: Quæcunque Immedietas talis eſt, per quam nihil detractum intelligi debet de omni eo Supremi Dominii Jure, quod ſupra conceſſum eſt, illa Immedietas eſt Non-territorialis; Eum falſo ſuppoſito niti conſtanter dicerem: Cum Supremum Dominium ſupra conceſſum non ſit Dominium Territoriale in loca Immediata Imperii hic expreſſa: Quis enim non animadvertit, contrarium potius inde inferendum, atque ita argumentandum eſſe; Quodcunque Supremum Dominium tale eſt, cui per Immedietatem hic reſervatam nihil detractum intelligi debet, illud eſt non-territoriale; vel Quæcunque Immedietas talis eſt, per quam nihil detractum intelligi debet Supremo Dominio ſupra conceſſo, illa eſt Territorialis: Ratione ex ea, quia per Immedietatem Territorialem quidem Supremo Dominio Territoriali detraheretur, non-Territoriali Supremo Dominio non item. Sane, ſi maxime alias inter Immedietatem Territorialem & Non-Territorialem æque ac inter Supremum Dominium Territoriale & Non-Territoriale diſtingui poſſet, nec repugnaret, aliquem Civem Immediatum Gallicum, & Imperii Immediatum Clientem eſſe, ut non repugnat, quem Imperii Germanici Immediatum æque ac Clientem Immediatum Gallicum eſſe, diſtinctio tamen ea huc applicari non poſſet, ubi Immedietas Imperialis Statibus nominatis reſervatur ea, quâ hactenus gaviſi ſunt, quæ notorie Immedietas Territorialis eſt, nec de Immedietate clientelari, vel alia non-territoriali, accipi poteſt. Quibus

convenienter etiam Idem Advocatus Regius in poſtulatione Juramenti à Civibus Alſatiæ Coronæ Gallicæ præſtandi termino *Homagii*, qui Superioritatem Territorialem uſu Germ. JCtorum involvit, abſtinere, atque verbo Juramenti *Fidelitatis* &c. vel æquipollente, uti potuiſſet. Ut ita mirum videretur, cur Conſilium Supremum Regium ad poſtulationem iniquitatis tam manifeſtæ in pronunciando ſententiam Immiſſionis Definitivam, tam pronum, imò præceps, fuerit, niſi Ratio Status Gallici iſtius temporis Orbi Chriſtiano, remedium contra eandem tum non invenienti, jam ſatis innotuiſſet.

§. XVIII. Concordat S. Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum ad S. Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ literas Reſponſorias datas Verſaliæ *die 10. Octobris 1680.* Ulterius Reſponſum, datum Ratisbonæ *die 7. Februarii 1681.* ibi: *Nam quantum inprimis Pacem Weſtphalicam attinet, ſi placuiſſet Regiæ Majeſtati Veſtræ ad ea reflectere, quæ litteris noſtris 27. Julii nuperi prolixius deduximus, cognoviſſet certe tantum abeſſe, ut quicquam eorum Corona Galliæ, quæ nunc noviter in Imperio occupat, Pace Weſtphalica ceſſum ſit, ut pleraque in ipſiusmet Pacis Inſtrumento ab iis, quæ Galliæ ibidem ceſſa leguntur, clare potius & nominatim excepta; multa Dominia, quibus ea nunc eripiuntur, virtute iſtius Pacis Regiâ Majeſtate Veſtrâ tunc inprimis annitente reſtituta; multa vigore Receſſus Norimbergenſis Pacis Weſtphalicæ Executivi Imperio reddita; omnia usque ad poſtremos motus ſarta tecta conſervata ſint, iidemque Status, in quos Regia Majeſtas Veſtra nunc Regiam Superioritatem ſibi adſtruit, triginta & ultra à Pace Weſtphalicâ annis, interruptâ nunquam poſſeſſione ad Comitia Imperii vocati, in illis, præſente nec contradicente Plenipotentiario Regiæ Majeſtatis Veſtræ, Suffragii & Seſſionis, adeoque omnibus Immedietatis Juribus ſemper gaviſi ſint, ad collectas Imperii contribuerint, in contentioſis nulla quam Di-* *caſteria*

cæteria Imperii agnoverint, imò Regia Majeſtas Veſtra cum illismet tanquam cum Immediatis Imperii Statibus hactenus ſemper tractarit, fœdera inierit, in ipſo Pacis Weſtphalicæ Inſtrumento liberum militis ſui per Alſatiam tranſitum, fortalitii Benfeldani in Alſatia demolitionem, Civitatis Tabernarum Neutralitatem, pacta ſit & cum A. 1651. Regia Majeſtas Veſtra Dn. Comitem de Harcourt primum Præfectum Hagenoënſem conſtituiſſet, ipſamet in literis (probante Copia ſub N. 1.) teſtata ſit, Landgraviatum Alſatiæ tantum cum protectione Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ceſſum fuiſſe, imò dictas Civitates paſſim non ut Subditos, ſed ut Status Imperii habuerit, Ipſisque conſervationem Immedietatis ſancte promiſerit: cumque Anno 1661. tam longo poſt Pacem Weſtphalicam tempore, prædictis unitis Decem Civitatibus Imperialibus Alſatiæ, neque tunc quidem de Statu Immedietatis, ſed de ſola forma juramenti, ratione Præfecturæ Hagenoenſis præſtandi nova quæſtio oriretur, Regia Majeſtas Veſtra per ſecundum ſuum Præfectum, Dn. Ducem Mazarini, præſentibus ſuis Regiis Commiſſariis, ſolenni jurejurando ſtipulata ſit, quod dictas Civitates Imperiales contra omnem injuſtitiam & violentiam defendere, easque in omnibus ſuis Immedietatis Juribus & Privilegiis erga Imperium Romanum conſervare, neutiquam vero turbare velit; prout ex Reverſalibus juratis prolixius patet: deinde poſtquam anno ſequenti à Curia Metenſi trium Epiſcopatuum, Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis quondam Vaſallis Imperio immediate ſubjectis, controverſia moveretur, utraque non tantum intervenientibus Sacra Cæſarea Majeſtate & Imperio ad Arbitros ex ipſomet Imperio utrinque electos remiſſa & partim jam deciſa ſit, ſed & Regia Majeſtas Veſtra per Plenipotentiarium ſuum Robertum de Gravel, in hiſce Comitiis $\frac{1}{2}\frac{1}{1}$. Septembr. A. 1667. in ipſo ſtatim limine arbitrii, teſtantibus Actis, ſolenniter conteſtata ſit, non eam eſſe intentionem ſuam, ut juramentum fidelitatis, quod vigore ceſſæ ſibi Præfecturæ Hagenoenſis à prædictis Civitatibus exigat, ita explicetur,

 ut

Digitized by Google

ut Immedietati, quæ in Tractatu Monaſterienſi illis expreſſe reſervata ſit, ullo modo præjudicet. Eoque nemo certe ſine injuria de Regia Majeſtatis Veſtræ juſtitia & æquanimitate præſumere poteſt, quod nunc eas ipſas Civitates, uti & reliquos Alſatiæ Ordines, à Landgraviatu Alſatiæ, qui Coronæ Gallicæ ceſſus eſt, diſtinctiſſimos & à ceſſione in ipſo Inſtrumento Pacis nominatim exceptos, cum pluribus aliis Immediatis Imperii Statibus, etiam iis, quos Pax Weſtphalica & Receſſus Norimbergenſis ejusdem Executivus, in ſua territoria & jura tam clare reſtituit, ejusdem Pacis obtentu ſibi vindicare velit.

§. XIX. Denique, ſi Dominium Supremum Territoriale in Civitates noſtras Coronæ Gallicæ per Pacem Weſtphalicam ceſſum fuiſſet, non utique Capitulatione Leopoldina conſervatio juris Immedietatis Statusque Imperii iisdem pacto promiſſa fuiſſet. vid. *Capitul. Leopold. art. 8.* ibi: So dann die Zehen vereinte Reichs-Städte im Elſaß / auſſer des Juris Præfecturæ Provincialis, Krafft Inſtrumenti Pacis, unter dem H. R. Reich / gleichwie andere Immediat-Stände / einverleibt bleiben: cum qua concordat Capitulatio Sacratiſſimi Joſephi noſtri loco infra citato.

§. XX. Ut de confeſſione judiciali vel quaſi ipſius Regii Plenipotentiarii, Dn. Roberti Gravelii, in Colloquio cum Illuſtriſſimo Arbitrio *Anno 1669. d. 1. Mart. 19. Febr.* habito, facta (de qua ſupra *c. 1. §. 7. pag. 25. in fin.*) nihil dicam, quam urgent Deputati Statuum in Deductione *ſub N. 69.* adjuncta *n. 5.* ibi: Und abſonderlich in limine des obgedachten Solennis Arbitrii am *1. Mart. 19. Febr.* 1669. durch dero damahligen Bevollmächtigten Monſ. Robert de Gravel deutlich bekant und conteſtirt / daß gleichwie das Weſtphaliſch Friedens-Inſtrument jederzeit pro fundamento zu behalten / alſo ſeye kein Zweiffel / auch ihre Meinung nicht / der Elſaſſiſchen Zehen Reichs-Verein-Städten ihre darin beſtät-

Digitized by Google

beſtättigte und reſervirte Immedietät zu beſtreiten / von einigen andern Ständen iſt gar keine quæſtion movirt worden.

Cap. III.

Idem Supremum Imperium Territoriale *eosdem Gallos nullo proprietatis poſſeſſionis ve jure ceſſum per Pacem Noviomagenſem tenuiſſe. Omiſſionem litis temporalem ſeu ſuſpenſivam dilatoriamve cum Renunciatione deciſoria non eſſe confundendam.*

§. I.

SUpremum Imperium Territoriale in ſæpe dictas Decem Civitates Alſatiæ unitas Coronæ Gallicæ *non competere titulo Pacis Noviomagenſis*, minus dubii habet, cum Tabulæ ſeu Inſtrumentum modo nominatæ Pacis nil niſi *confirmationem* Pacis Monaſterienſis contineant. Equidem, verba ſunt Prodromi Obrechtiani *c. 8. p. 158. & ſq.* Confirma-" tio Juris ceſſi, inde à Tractatu Neomagenſi controverſiis" obnoxia eſt: cum publicis ejus Pacis Tabulis, (*Art. 2.*) *Pax*" *Monaſterienſis reſtitui in omnibus & ſingulis ſuo priſtino vigori*" *jubeatur, atque in poſterum ſarta tecta manere, tanquam ſi hic*" *ejusdem Pacis Inſtrumentum de verbo ad verbum inſertum legere-*" *tur, niſi quatenus eidem hoc tractatu expreſſe derogatum eſt*;" an, quæ poſt Pacem Monaſterienſem, vel ex illa, con-" troverſiæ ſubortæ ſunt, vi hujus diſpoſitionis deciſæ, lis-" que ſecundum Galliam judicata ſit? An hæc Deciſio &" Adjudicatio pro Gallia, ex eo fluat, ſi Plenipotentiarii" Gallici iterum iterumque profeſſi ſunt, ſe ad Pacis Con-" cluſionem non proceſſuros, imò omne Pacis negotium"

„potius

,, potius abrupturos, niſi tractatio controverſiarum Alſatica-
,, rum omitteretur? An Plenipotentiariorum Gallicorum
,, adſeveratio: *nihil circa cauſam Alſaticam Pace illa Neomagenſi*
,, *innovari*: atque Cæſareorum in eandem ſententiam inter-
,, poſita ac Protocollo Mediatorum de communi conſenſu
,, inſerta Proteſtatio, efficax fuerit, ut controverſias Alſati-
,, cas in eodem, quo ante bellum ultimum fuerunt, Statu
,, adeoque Jura Partium integra undiquaque & illibata con-
,, ſervaret? Sed facilis videtur eſſe ad iſta dubia reſponſio: Cum Clauſula recitata Tabulis Pacis Neomagenſis inſerta non Declaratoriæ, ſed ſimplicis Confirmatoriæ, rationem habeat, nihilque decidat, quod per Pacem Monaſterienſem deciſum non eſt, nihil declaret, quod in eadem dubium vel obſcurum fuit, ſed omnia in priſtino quæſtionis indeciſæ ſtatu relinquat: Cur enim Controverſiæ poſt Pacem Monaſterienſem, vel ex illa, ſubortæ vi diſpoſitionis à deciſoria diverſæ deciſæ dicendæ eſſent? Cur ideò Controverſiæ Alſaticæ per Pacem Neomagenſem deciſæ dici deberent, *quia* vel *ſi* Plenipotentiarii Gallici iterum iterumque profeſſi ſunt, ſe ad Pacis Concluſionem non proceſſuros, imò omne potius Pacis negotium abrupturos, niſi tractatio Controverſiarum Alſaticarum omitteretur? cum *omiſſio* tractationis Controverſiarum earundem non *deciſio*, ſed *ſuſpenſio*, ſit, & *proteſtatio* deſuper facta, ſecundum naturam Proteſtationis, quæ modorum *Conſervandi*, non *adquirendi*, ſpecies eſt, nullum proteſtantibus novum Jus tribuerit, ſed vetus ſolum, ſi quod habuerunt, conſervaverit; nec magis Deciſionis Controverſiarum Alſaticarum rationem habere poſſit iſta Plenipotentiariorum Gallicorum profeſſio proteſtatiove, quam ea, quæ ceſſo Argentorato, ante vel poſt Pacem Ryſvvicenſem concluſam interpoſita fuiſſe fertur,

ſertur, *de controverſiis reliquis Alſatiæ nullum ſermonem in poſterum futurum*: quis enim ignorat Proteſtationes ejusmodi Poſſeſſionem quidem facti Poſſidenti majoris mali evitandi cauſa relinquere, nullum verò eidem Jus acquirere: quis ignorat, eum petitorem, qui poſſeſſori ſtipulanti ſilentium litis præſentis, idem promittit, propterea liti futuræ prætenſionique Juris ſui in univerſum non renunciaſſe? cum renunciationis talis vel promiſſionis de *omiſſione* controverſiæ in Tractatibus factæ, non ea natura ſit, ut controverſiam futuram tollat, litemque & quæſtionem Juris omnem decidat: ſed renunciationes deciſoriæ in concluſionibus fieri ſoleant, quales ſi à Cæſareis factæ eſſent, in ipſis Pacis Tabulis utique à Gallis juris ſui ſatis vigilantibus non omiſſæ fuiſſent: cum de rebus tanti momenti utique inter ſermones Legatorum tractantium mutuos qualescunque, hactenusque non inſtructorum, in præjudicium Dominorum tranſigi non ſoleat; ſatisque conſtet, quod finalis Deciſio controverſiarum non Tractatuum, ſed Concluſionis Pacis, objectum ſit: quodque tractatus inſtantis Pacis Deciſionem amicalem judicialemque quæſtionum per Pacem indeciſarum non tollant, quod, inquam, bello præſenti opponantur, non Deciſioni Judiciali amicalique; per conſenſum in proteſtationes ejusmodi Deciſio præſens bellica impediri ſolet, Deciſiones futuræ Judiciales vel amicales non tolli, ſed imò tacite reſervari: Porrò, promiſſio *omiſſionis* controverſiæ ſeu *controverſiam ſilentio præteriri*, *temporalis* & reſpectivæ adque certum bonum, puta ad Pacem inſtantem relatæ, detentori facta, cum perpetua renunciatione confundenda non eſt. Tandem promiſſio *omiſſionis* controverſiæ Alſaticæ ſaltem *conditio* Pacis Neomagenſis, *non objectum*, fuit; Cur ergo id, quod placuit, non eſſe objectum Pacis, ſeu inter objecta Pacis omitti, partem vel objectum

P Pacis

Digitized by Google

Pacis deciſum faceremus? Verius eſt, quod Plenipotentiariorum Gallicorum adſeveratio: *nihil circa cauſam Alſaticam Pace illa Neomagenſi innovari:* atque Cæſareorum in eandem ſententiam interpoſita ac Protocollo Mediatorum de communi conſenſu inſerta Proteſtatio, efficax fuerit, ut *controverſias Alſaticas in eodem, quo ante bellum ultimum fuerunt, ſtatu, adeoque jura partium integra undiquaque & illibata, conſervaret.* Sicut enim, ceu ſupra dictum eſt, Proteſtatio modus conſervandi, non adquirendi, eſt, ita præſumtionem Juris ordinarii, qua mutatio non præſumitur, ſed omne Jus in priſtino ſtatu relictum cenſetur, admodum confirmat, redactio autem Proteſtationis in Protocollum objectum ejusdem non alterat, ſed ad meliorem tantum Proteſtationis factæ probationem facit, neque ex Proteſtatione adquiſitionem, neque ex Tractatibus Pacem, renunciationem, transactionem, Deciſionemque fingit; Multo minus ex eo, *quod placuit non eſſe objectum Pacis,* ſed in Pace *ſilentio præteriri*, objectum ejusdem reddit, ſed cujuslibet actus, qualiter geſtus eſt, fidem facit: cum Protocolla nil aliud, quam Inſtrumentorum publicorum, conſequenter Probationum, ſpecies ſint. Secus fuiſſet, ſi placuiſſet, ut lis Alſatica, *tanquam deciſa*, in Protocollum redigeretur: cum litis *deciſio* à litis *omiſſione*, *temporali* & *reſpectiva* ſcilicet, ſi non toto cœlo, tamen dimidio, differat; plurimumque interſit, utrum quis velit litem *ut omiſſam* ſive præteritam ſilentio, an *ut deciſam*, Protocollo inſeri. Quod igitur publicis Pacis Neomagenſis Tabulis Pax Monaſterienſis reſtitui in omnibus & ſingulis ſuo priſtino vigori jubetur, atque in poſterum ſarta tecta manere, tanquam ſi hic ejusdem Pacis Inſtrumentum de verbo ad verbum inſertum legeretur, niſi quatenus eidem hoc tractatu expreſſe derogatum eſt, non ſine inſigni cavillatione eo traheretur, ac ſi per eandem Pacem

Neo-

Digitized by Google

Neomagenſem controverſiæ poſt Pacem Monaſterienſem ſubortæ ſecundum Galliam deciſæ eſſent: cum, ſi verba ea quicquam Deciſionis Controverſiarum poſt Pacem Monaſterienſem motarum continerent, potius Pace Neomagenſi controverſias à Gallis poſt Pacem Monaſterienſem motas contra Galliam ſopitas vellent, cum non Germani, ſed Galli, Pacem Monaſterienſem vigore ſuo deſtituerint, mentem ejusdem in dubium vocaverint, controverſias moverint, Pacem turbaverint, fregerint, bellum in Germaniam induxerint; contra Gallos ergo non Germanos Pax Monaſterienſis vigori ſuo reſtitui juberetur, contra Gallos eadem ſarta tecta manere Pace Neomagenſi præciperetur. Quamvis, ſi Pax Monaſterienſis in omnibus & ſingulis ſuo priſtino vigori reſtituenda eſt, etiam ea in parte, quâ controverſiæ ex ea ortæ ad Arbitros remittuntur, nec verbis Pacis ſimpliciter committuntur, reſtituenda, conſequenter, per juſſum reſtituendi Pacem Monaſterienſem in Tabulis Pacis Neomagenſis factum, nihil controverſiarum poſt Pacem Monaſterienſem ſubortarum deciſum eſſet, præterquam quod vi clauſulæ ejusdem, *niſi quatenus eidem hoc tractatu expreſſe derogatum eſt*, forte ſpecialiter & expreſſe deciſum eſt; quo tamen nihil controverſiarum Alſaticarum referri poteſt, ſpectatve. Huc vero vel maxime ſpectat threnus ille Fritſchianus, quo *ad Artic. 2. Pac. Noviomag. in Adnotam. ſuis p. 95.* ingemuit: *Debuiſſet quidem*, inquiens, *juxta tenorem hujus Articuli Pax Weſtphalica ſolidiſſimum hujus mutuæ amicitiæ tranquillitatisque publicæ fundamentum eſſe, ſed illud Coronam Galliæ multis modis labefactaſſe, in propatulo eſt, teſtanturque tot contraventiones.*

§. 11. Addo: Si Ceſſio iſta modo quolibet vel imperfecte, vel perfecte, vel inchoative, vel conſummative, conſenſu vel antecedente vel concomitante vel ſubſequente,

per Pacem Noviomagenſem facta fuiſſet, eam vel in tractatibus ante concluſum Pacis, vel per ipſum concluſum Pacis, vel per Ratificationem, vel poſt Ratificationem ejusdem, factam fore; ſed tantum abeſt, quod id contigerit, *ut plane ex Actis publicis diſſe ſus Ceſſioni contrarius Studiumque Imperialis Immedietatis & Libertatis conſervativum appareat.* Quod enim *in Tractatibus Pacis* Ceſſio iſta facta non ſit, ex Projecti Pacis Cæſareo-Gallicæ à Legatis Cæſareis Mediatoribus *die 6. Decembris 1678.* exhibiti *artic. 8.* manifeſtum eſt: ubi Deciſio controverſiarum Alſaticarum per Arbitros intenditur. Quod *per ipſum Concluſum* Pacis ea non contigerit, ſupra allegatus Inſtrumenti Pacis noſtræ paragraphus jam docuit: ampliusque docet expreſſa & ſpecialis Cæſareorum in hanc ſententiam interpoſita ac Protocollo Mediatorum de communi conſenſu inſerta *d. 30. Decembr. 1678.* Proteſtatio, Reſervatioque (cujus meminit Placitum Ordinum Imperii de die 23. Martii 1679. hic adjunctum ſub N. 57. Formula verò in ulteriori Statuum Reſponſo ad Literas Reg. Chriſtianiſs. *de d. 7. Febr. 81. adjunct. ſub N. 65.* refertur) atque Catalogus eorum, qui ex parte S. Cæſareæ Majeſtatis in Pace Cæſareo Gallica comprehendi debent, Mediatoribus *die 8. Febr.* 1679. exhibitus, oſtendit, ibi; *Nominantur & comprehenduntur ex parte Imperatoris Sacri Romani Imperii Electores, Principes cæterique Status, comprehenſa libera & immediata Imperii Nobilitate*; & ibi: *Nominatim vero omnes Imperii Civitates Liberæ &c.* Quod *per Ratificationem* Pacis id factum non ſit, ex Formula Ratificationis Cæſareæ Neomagi *die 19. Aprilis* 1679. commutata, ejusque parte ea, quâ ad Placitum Statuum Imperii ſe refert, hic adjunct. *N. 57. lit. C.* eodemque Placito Imperiali in Comitiis Imperii *die 23. Martii* 1679. publicato, apparet: ubi diſertis verbis comprehenſum eſt, Sacram Cæſaream Majeſtatem rogandam eſſe, ut curare velit, *quo Decem Civitatum*

Impe-

Imperialium in Alſatia ſitarum Immedietatis & Libertatis Imperialis ratione paragrapho juxta Pacem Monaſterienſem 27. (forte 87.) *Inſtrum. Caſ. Gall.* plene ſatisfiat. Vid. Idem Adjunctum ſub *N.* 57. *It. D.* Quod denique *poſt Ratificati nem* id non contigerit, deſignatio à Gallis reſtituendorum à Dominis Legatis Cæſareis Domino Legato Gallico *12. Junii* 1679. exhibita non obſcurum eſſe ſinit. verſ. *Item Colmaria, Monaſterium &c.* Non obſtante, quod ad inſtantiam Plenipotentiariorum Gallicorum ſe ea de re non inſtructos eſſe prætexentium, Loca quæſtionis ex eadem deſignatione ruſus expuncta fuerint: cum *Expunctio* eadem tantum *momentaneam* perſecutionis Juris *omiſſionem*, non perpetuam ipſius Juris renunciationem, arguat: Qui enim concluſa Pace res ab Uſurpatore vi detentas in Catalogo, ratihabita Pace, atque ita certo tempore, reſtituendorum refert, per Relationem eam tantum *perſecutionem* Juris ſui *momentaneam* temporalem & præſentem exercet, non peremtoriam perpetuam & futurum tempus reſpicientem: Qui ergo à relatione ea deſiſtit, tantum à perſecutione momentaneâ, temporali & præſente, non à peremptoria, perpetua & futura deſiſtit, ne ex fundamento inferendi temporalitatem perpetuitatem arguere velle videamur, quod abſurdiſſimum. Ex quibus omnibus Noluntas (ſeu diſſenſus) cedendi, cum antecedens, tum concomitans, tum ſubſequens, plusquam manifeſta eſt.

§. III. Accedit Electorum, Principum & Statuum Imp. ad Sacræ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Literas Reſponſorias ulterius Reſponſum de *d. 7. Febr.* 1681. in puncto *Contraventionum Pacis* editum. ibi: Æque fragile eſt alte-" rum fundamentum, quod à Tractatu Neomagenſi acceſſi-" tur. Nam, ut ex ejusdem Actis conſtat, à Regia Maje-" ſtate Veſtra pro omni conditione reſtabiliendæ cum Imperio"

 „Pacis,

„Pacis, ſolam reſtitutionem Weſtphalicæ poſtulatam, ita „ex ejusdem Pacis Inſtrumento evidens eſt, ſolâ Friburgi „cum Philippiburgo commutatione exceptâ, in reliquis „Pacem Weſtphalicam pure confirmatam eſſe. Non ignoramus, tam à Cæſareâ, quam Regiæ Majeſtatis Veſtræ, „Legatione Articulos hinc inde plures propoſitos eſſe, quam „Inſtrumento Pacis poſtea inſerti ſint, quo prætextu Regia „Veſtra Majeſtas quam maxime inniti, & tam enormem „ceſſionem exinde etiam evincere velle videtur; ſed ea „*omiſſio* adeo neutri partium *renunciationis* inſtar viſa eſt, ut „*Regia* Majeſtas Veſtra *eorum aliquos* ab ejusdem Legatis propoſitos, licet ex Tabulis Pacis omiſſi ſint, *effective tamen* „*Executioni demandirit*; ut taceamus, quod Legatio Cæſarea *articulum octavum Projecti ſui de controverſiis* ibi nominatis *ad* placitum antehac *arbitrium remittendis*, *non ante* „*nec aliter remiſerit, quam, poſtquam Legati Regiæ Majeſtatis Veſtræ*, qui hactenus conteſtati fuerant, ſe de eo arbitrio nec „informatos nec inſtructos eſſe, *tandem per Mediationem Anglicam. 30. Decembr. 1678.* vigore *Extractus Protocolli expreſſe* „*declaraſſent, à Regia Majeſtate Veſtra nihil novi aut aliud Juris in* „*Status & loca in prædicto Articulo nominata prætendi, quam* „*quod eidem Pace Weſtphalicâ acquiſitum ſit*; quæ cum Pacis „Neomagenſis fundamentum factura præſupponeretur, „Articulum hunc omitti poſſe. Et, ne locus eſſet, ex iſta „omiſſione *renunciationem* aut qualemcunque *deſiſtentiam* arguendi, Legatio Cæſarea ante ſubſcriptam Pacem coram „Mediatione & ipſiſmet Regiæ Majeſtatis Veſtræ Legatis „verbis & ſcriptis ex ſuperabundanti interpoſita *proteſtatione* „expreſſe cavit, ſtatimque *poſt Pacem hinc inde ratihabitam*, „inter alia etiam *ea ipſa loca* Articulo prædicto nominata à „Legatis Regiæ Majeſtatis Veſtræ nomine Imperii *inter reſtituenda & evacuanda repetiit*, prout ex actis clarum eſt, &

Dicto-

Digitized by Google

Dictorum Legatorum Cæſareorum recenſio facti uberius "
habet, ita ut non appareat, quo tandem fundamento ex "
prædicti Articuli omiſſione *tam enormis tot tantorumque Sta-* "
tuum Ceſſio inferatur. Nullum certe illius in Inſtrumento "
Pacis veſtigium eſt, &, cum ex omni Jure conſtet, *ea,* "
quæ ante Transactionem & re adhuc integrâ inter tranſigentes di- "
cuntur & aguntur, dicta pro non dictis, acta pro non actis ha- "
beri, ideoque non ex illis aut antecedentium congreſſuum "
diſceptationibus, ſed *ex ſolo tenore Inſtrumenti ſecutæ Pacis,* "
quid eâ tandem transactum ſit, doceri oportere, ad illud unum "
recurrendum eſt, *neque enim quicquam aliud* à Sacra Cæſa- "
rea Majeſtate & Imperio, aut à Regia Majeſtate Veſtrâ *ra-* "
tihabitum fuit, quam ipſæ Pacis Tabulæ, uti exemplaribus Ra- "
tificationis hinc inde verbotenus inſertæ ſunt, & conſe- "
quenter eæ ſolæ paciſcentes obligant: jam vero cum in "
Tabulis Pacis Neomagenſis in omnibus & ſingulis Pax "
Weſtphalica pure confirmata ſit, niſi quatenus eidem per "
Neomagenſem expreſſe derogatum eſt, *tota res eò redit,* "
ut alterutrum doceri debeat, aut factam eſſe in Pace Weſtphalicâ "
ceſſionem, quæ prætenditur, aut quoad eam ceſſionem per Pacem "
Neomagenſem W*eſtphalicæ expreſſe derogatum eſſe.* Cum au- "
tem ex *Literis noſtris 27. Julii nuperi* ad Regiam Majeſtatem "
Veſtram datis (quarum contenta in omnibus hic repetun- "
tur) & hiſce ſupra clare oſtenſum ſit, quam nihil eorum "
Pace Weſtphalica Coronæ Gallicæ ab Imperio ſit ceſſum, "
neque in toto Inſtrumento Pacis Neomagenſis ullum ejus- "
modi Ceſſionis veſtigium aut mentio, multo minus Paci "
Weſtphalicæ quoad hæc quicquam expreſſe derogatum "
inveniatur, ut potius *Artic. 27. ejusdem* claris iterum verbis "
repetatur, *ſimpliciter juxta Pacem* W*eſtphalicam in omnibus* "
& ſingulis Art. 2. confirmatam, reciproce omnia bonâ fide reſti- "
tuenda & evacuanda eſſe, imò & Dominus *Epiſcopus Argenti-* "

„*nenſis*

„*nenſis* unus ex Ordinibus Immediatis Imperii in Alſatia in „ipſo Tractatu Neomagenſi à Regia Majeſtate Veſtra inter „amicos & confœderatos habitus, & eodem inprimis ur„gente in priſtinum Statum, jura, ſeſſiones, vota & alia „quæcunque, quibus ante deſtitutionem gaviſus fuerat, „*reſtitutus ſit*: conſequens porro eſt, reliquos in Inſtru„mento Pacis Weſtphalicæ, ſub eadem diſpoſitione verbis „& re comprehenſos, eadem quoque reſtitutione, imme„dietate & juribus uti frui debere, adeoque Regiam Maje„ſtatem Veſtram de ejusmodi prætensâ *ceſſione* aut *deſiſten*„*tiâ*, utpote quæ neutra Pace, adeoque nullo plane funda„mento nititur, nimis ſiniſtre ſane informatam eſſe. Id „autem minus capimus, quod dictæ *Ceſſioni* aut *deſiſtentiæ* ad„ſtruendæ in præfatis Regiæ Majeſtatis Veſtræ literis *Sacra* „*Cæſareæ Majeſtatis & Imperii Ratificatio* allegetur, cum in Se„natus Conſulto Statuum Imperii Regiæ Majeſtatis Veſtræ „Legatis unà cum exemplari Ratificationis Cæſareæ, quæ „ad illud ſe expreſſe etiam refert, extradito, *interpoſita à* „*Legatione Cæſarea prædicta proteſtatio & reſervatio clariſſime re*„*petita ſit*. Ex quo Reſponſo ulteriori Statuum, ni fallor, ſatis intelligitur, quid de *Literis Reſponſoriis Regiis de die 10. Octobr. A. 16 0.* ad *Literas Statuum priores de die 27. Julii ejusdem Anni* exiſtimandum ſit: ibi: *que nous voulons bien vous faire voir, que les lieux & droits, dont nos Officiers ſes ſont mis en poſſeſſion, par nos ordres, appartiennent ſi legitimement, à noſtre Couronne, qu'on ne peut plus les revoquer en doute, ſous le nom des Eſtats de l'Empire, ſans bleſſer la reputation, qu'ils ont toujours cherement conſervee de garder inviolablement leurs pactes & promeſſes, & ſans manquer a la bonne foy des conventions les plus ſolennelles & les plus ſacrees, qui puiſſent jamais aſſeurer la tranquillite publique &c.* Quaſi verò Electores, Principes & Status Imp. non niſi honoris ſui apud Gallos conſervandi

vandi

Digitized by Google

vandi cauſa Provincias & Jura tantæ conſiderationis in præjudicium Reipublicæ Germanicæ derelinquere tenerentur. Quaſi, inquam, Corona Gallica Honori ſuo aliquid detractum cenſeret, ſi Germani de factis illius malè informati de eadem non magnificè exiſtimaverint. Quaſi Miniſtris Gallorum Regi ſuo rem forte ſiniſtre referentibus plus fidei quam Miniſtris Germanorum iisdem graviter contradicentibus tribuendum eſſet! conf. *Literæ Statuum ad Regem Magnæ Britanniæ A. 1680.* hujusque *Reſponſum eodem Anno* in eodem puncto Contraventionum data, *ſub N. 62. & N. 64.* adjuncta.

§. IV. Denique, ſi Dominium Supremum *Territoriale*, de quo agitur, Coronæ Gallicæ per Pacem Neomagenſem ceſſum fuiſſet, fruſtra in Capitulatione Noviſſima conſervatio juris Immedietatis Statusque Imperii Civitatibus noſtris conventa promiſſaque foret, ut factum eſt in *Capit. Joſeph. art. 8.* ibi: **So dann die Zehen vereinte Reichs-Städte im Elſaß / Krafft** Inſtrumenti Pacis, **unter dem H. R. Reich / gleichwie andere** Immediat-**Stände / ein-verleibt bleiben.** Quis enim tantæ impietatis, quis tanti ſacrilegii, reus fieri vellet, *arg. L. 3. C. de Crim. Sacrileg.* ut Sacratiſſimum Imperii Germanici Caput cum Sacris ejusdem Membris Conventionem hanc conſervativam initurum fuiſſe, niſi Ceſſionem nunquam factam eſſe utrinque credidiſſent, aſſereret: qualem præſumptionem ſuſpicionemve ſola Germanæ Gentis gravitas vel in viris inferioris conditionis reſpuit. Equidem controverſiam de ceſſione Alſatiæ per Tractatus & Pacem Monaſterienſem & Noviomagenſem deciſam eſſe, ipſe Rex Chriſtianiſſimus eousque Autor eſt, ut Status Imperii honori ſuo aliquid detracturos eſſe cenſeat in Reſponſo ſuo §. *anteced.* allegato, ſi denuò pro deciſione ejusdem (vel per compoſitionem amicalem, vel per arbitrium) interceſſuri ſint; ſicut autem iidem Status intentioni

Q Regiæ

Digitized by Google

Regiæ in *Literis* ſuis cum *de d.* 27. *Jul.* 1680. tum *de d.* 7. *Febr.* 1681. conſtanter contradicunt, ut ſuperiori §. dictum eſt, ita Authoritas Auguſti Regis Romanorum, in Capitulationis ejusdem art. modò allegato contrarium juratò aſſerentis, Authoritatem Regis Chriſtianiſſimi non juratam facilè ſuperatura eſt: ut bonam fidem ipſorum Statuum Imperii, ab ipſo Rege Chriſtianiſſimo, verbis in §. *anteced.* recitatis, laudatam, non urgeam. Quamvis fruſtra ad Authoritates partium ſingularum provocetur, ubi verba ipſius Pacis articuli, de cujus mente quæritur, clara loquuntur, atque ita authoritas utriusque partis adeſt. Quid, quod ipſe Rex Chriſtianiſſimus adhuc *A.* 1682. Imperio Germ. Congreſſum Amicalem ſuper controverſiis in cauſa quæſtionis tum motis obtulit? quid, quod, oblatione eadem Deciſionis Amicalis repetita, ſuſpenſas etiam *Reunionum* Executiones retulit, moraque Statuum accuſata reſolutionem ad propoſitionem ſuam inſtanter urſit? Memorialibus per Plenipotentiarium ſuum *d.* 3. *Mart.* & *d.* 7. *Maj. ejusdem Anni* Comitiis Imperialibus exhibitis. vid. *Adjunct. ſub N.* 67. & *N.* 68. Eoque ipſo cauſam Alſaticam, utpote Congreſſu eo demum decidendam, tum adhuc indeciſam fuiſſe, tacitè confeſſus eſt.

Cap. IV.

Idem Supremum Imperium Territoriale *eosdem Gallos nullo proprietatis poſſeſſionisve jure per Pacem Riswicenſem ceſſum tenuiſſe. Explicatio clauſulæ, verbis:* quæ extra Alſatiam ſita: *concepta, Art. 4. ejusdem Pacis inſerta. Non caſſationis, ſeu non-Infirmationis, à Confirmatione differentia.*

§. I.

§. I.

SUpremum Imperium *Territoriale* in ſæpe dictas Decem Civitates Alſatiæ unitas Coronæ Gallicæ *non eſſe ceſſum titulo Pacis Ryſvvicenſis*, hactenus quidem plus ſcrupuli non habet, quod ante concluſam Pacem eandem reciproce promiſſum dicatur, nullam ejusdem amplius mentionem fieri; cum iſta Plenipotentiariorum Gallicorum profeſſio proteſtatiove non magis rationem Deciſionis Controverſiarum Alſaticarum habere poſſit, quam eorundem Profeſſio ante concluſam Pacem Neomagenſem, de qua ſupra, nec promiſſio hæc mutua omiſſionis ſive præteritionis controverſiarum Alſaticarum plus quam *Conditio* Pacis Ryſvvicenſis, vel promiſſio omiſſionis *temporalis* atque ad Pacem Ryſvvicenſem promovendam *ordinata* tantum, fuerit, minime vero *objecti* ejusdem rationem conſecuta ſit, nec placuerit illarum Controverſiarum mentionem amplius non fieri ut deciſarum, ſed ut omiſſarum ſive præteritarum, tanquam impedimentorum & cauſæ ſine qua non Concluſionis Pacis ejusdem. Poſtquam vero in *Art. IV.* Tabularum Pacis Ryſvvicenſis *terminorum* Alſatiæ, tanquam Provinciæ ad Coronam Gallicam ſpectantis, mentio occurrit, nonnulli in eam opinionem prolapſi fuerunt, ut exiſtimarent, per Pacem eandem utique Alſatiam, ſi non expreſſe, tamen tacite, Coronæ Gallicæ ceſſam eſſe, ſed eôdem errore eâdemque confuſione, quâ ſupra dixi, Jus *deciſum* cum Jure *omiſſo* ſive *præterito* per ſilentium non eſſe confundendum: Quod enim Terminorum Alſatiæ ibidem mentio fit, tanquam rei ad Galliam ſpectantis, non de re in Galliam ceſsâ atque ad eam Jure Superioritatis Territorialis, Dominiive, pertinente accipiendum, ſed *de re* à Gallis *de facto poſſeſſa* per Pacem nondum deciſa, ſed præteritæ omiſſæque Deciſionis, habendum eſt, eodem modo, quo lite mota

Q 2 judi-

judiciali vel Compoſitione Amicali tractatâ, quibuſdam objectis deciſis, quædam omittuntur, ſuſpenduntur, atque *ab iiſdem abſtrahendo*, in commodius tempus differuntur, itaque excipiuntur dilatorie. Nec obſtat dictus Articulus dictæ Pacis Ryſvvicenſis quartus, ibi: *Reſtituantur inprimis Sacra Cæſarea Majeſtati & Imperio ejusque Statibus & Membris à Sacra Regia Majeſtate Chriſtianiſſima quævis, tam durante bello & via facti, quam Unionum ſeu Reunionum nomine occupata loca & jura, quæ extra Alſatiam ſita, aut Indice Reunionum à Legatione Gallica exhibito expreſſa ſunt.* Quo ipſo ut loca *extra Alſatiam* ſita à Corona Gallica via Juris factive occupata Cæſari, Imperio, & Statibus ejus reſtitui jubentur, argumento à contrario ſenſu loca *intra Alſatiam* ſita Coronæ Gallicæ cedi videntur. Sed facilis & in promptu eſt reſponſio, eâ formulâ quidem, qua loca extra Alſatiam ſita à Coronâ Gallicâ reſtitui jubentur, loca extra Alſatiam ſita ab eadem Coronâ Gallicâ poſſeſſa non juberi reſtitui, cum, ſi circumſtantia loci ſitus extra Alſatiam reſtitutionis Cauſa eſt per Pacem Ryſvvicenſem, circumſtantia ſitus loci in Alſatia non ſit cauſa Reſtitutionis, & quidem per Pacem Ryſvvicenſem: Verum enimvero, ut non ſequitur, circumſtantia loci ſitus in Alſatia non eſt cauſa Reſtitutionis per Pacem Ryſvvicenſem, Ergo non eſt cauſa Reſtitutionis per aliam Pacem, vel per Arbitrium, vel per Compoſitionem amicalem aliam, viamque Juris quamcunque à Pace Ryſvvicenſi diverſam, ſed eidem Reſtitutioni obſtat; ita nulla conſequentia ſive Logica ſive Juridica eſt, loca intra Alſatiam ſita à Coronâ Gallicâ jure factove occupata Cæſari, Imperio Germanico & Statibus Ejus non reſtituenda ſunt per Pacem Ryſvvicenſem, Ergo per Pacem Ryſvvicenſem Coronæ Gallicæ ceſſa ſunt; Non Logica, cum argumentum à negatione reſtitu-

tionis ad poſitionem Ceſſionis non ſit argumentum à contrario ſenſu, ſed argumentum à diverſis, cum patientia non reſtitutionis & Ceſſio activa & formaliter & materialiter differant. Cum non illicò, qui patitur *non reſtitui*, *cedat Jure*, licet poſſeſſorem toleret, licet poſſeſſionem facti permittat. Non Juridica: quis enim JCtorum eſt, qui ignoret, per patientiam non reſtitutionis poſſeſſionem quidem facti vel detentionem detentori relinqui, proprietatem vero rei, vel poſſeſſionem Juris in eundem non transferri: Quemadmodum in caſu præſente, quantum ad contextum dicti §. 4. Coronæ Gallicæ detentio vel poſſeſſio facti locorum *intra Alſatiam* occupatorum ægre relicta eſt, proprietas vero, vel poſſeſſio Juris, minime ceſſa, ſed in hunc diem Imperio tacite reſervata eſt. Atque hanc ipſam tolerandæ Gallorum uſurpationis detentionisque, non cedendæ proprietatis vel poſſeſſionis, mentem Statuum Imperii fuiſſe, ex Actis Tractatuum ſatis conſtat: Gallis quidem formulam, vel *Ceſſionis*, vel ſaltem *Tituli Pratorii*, ſignificativam, Inſtrumento Pacis inſeri prætendentibus, ſed clauſulam tantum ulterioris tolerantiæ indicem, obtinentibus. Vid. *Extractus Protocoll. Conferent. Ryſvvic. de die 24. Septembr. 12. 15. Octobr.* Nec non Kayſerl. Geſandſchafft Erinnerung. Item *Extract.* Reichs-*Deputations*-Gutachten *de dato Ryſvvyck & Haag. die 18. Octobr. Anni* 1697. inter Adjuncta *ſub N. 71. & N. 72.* Ex quibus locis clarum eſt, Gallos, licet ex poſt facto formulam Ceſſionis Supremi Dominii territorialis Alſatici illativam intenderint, ne quidem Clauſulam Supremi Dominii (*non-territorialis*) Pace Weſtphalicâ conceſſi, confirmatoriam ab initio petitam conſecutos eſſe, ſed tandem in clauſula ulterioris tolerantiæ ſignificativa adquieviſſe. Nec movet Arreſtum Reunionis, quo Conſilium Supremum Alſatiæ Regem Chriſtianiſſimum in poſſeſſionem Superiori-

 tatis

Digitized by Google

tatis Inferioris Alſatiæ miſit, *die 22. Martii Anno 1680.* Briſaci latum emiſſumque, ad quod verba dicti articuli reſpexiſſe videntur, atque Coronæ Gallicæ prætenſione ſua ceſſiſſe. Quemadmodum enim neque Rex Chriſtianiſſimus ipſe ſibi, neque Conſilium Supremum à Rege dependens Regi Chriſtianiſſimo, Imperium territoriale in dictam Provinciam tribuere, neque Rex Conſilio poteſtatem in propria cauſa contra Tertium jus dicendi concedere potuit, ita Arreſtum modo nominatum non alio fundamento nititur, quam falſa poſtulatione Advocati Regii ibidem narratâ, hoc eſt, erroneo illo præſuppoſito, quod, quidquid eſt Supremi Dominii in Alſatiæ Landgraviatibus & Præfectura Hagenoenſi, illud Supremi Dominii Gallici ſit, tanquam per Pacem Weſtphalicam ceſſi, *die 24. Octobris* 1648. quodque eadem Ceſſio per Pacem Neomagenſem *de die 5. Februarii 1679.* confirmata ſit. Sicut autem ſupra præſuppoſitum illud, ni fallor, ſatis ſuperque refutatum fuit, oſtenſumque, nihil Jurium Coronæ Gallicæ ceſſum eſſe, præter ea, quæ quondam Sereniſſimæ Domui Archiducali Auſtriacæ competierunt. Ita in hoc vel ſimile Arreſtum Supremæ Curiæ Gallicæ ſi quis Imperatorem & Imperium Romanum, per verba *Art.* 4. Pacis Ryſvvicenſis ea, quibus *Unionum ſeu Reunionum nomine occupata loca & Jura, quæ extra Alſatiam ſita*, Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Imperio reſtitui jubentur, tacite conſenſiſſe atque ita Coronæ Gallicæ prætenſione ſuâ ceſſiſſe fingeret, quid aliud Germanis niſi ſummum ſtuporem atque dementem ſimplicitatem imputaret: Cum nulli homini ſano conſenſus tacitus in prætenſionem tantæ abſurditatis adſcribi poſſit. Quod ipſum libera tum adhuc à jugo Gallico Civitas Imperialis Argentoratenſis in Deductione ſua ſuccincta ejuſdem anni ſatis oſtendit. Tantumque abeſt, quod Pax Ryſvvicenſis, in quantum ſpeciali expreſſaque conventione

deſti-

deſtituitur, Pacis vel Monaſterienſis, vel Neomagenſis, interpres ſit, ut omnis Ryſvvicenſis Pacis dubietas potius ex Inſtrumentis ſive Tabulis utriusque Pacis prædictæ decidenda veniat: Sicut in *Art. Pacis Ryſvvicenſis 3.* diſerte cautum proviſumque eſt: ibi: *Pacis hujus baſis & fundamentum ſit Pax Weſtphalica & Neomagenſis, eaque ſtatim à commutatis Ratificationum formulis in Sacris & Profanis plene executioni mandentur, & poſthac ſarta tecta conſerventur, niſi quatenus nunc aliter expreſſe conventum fuerit.* Quamvis, ſi Pax Ryſvvicenſis Pacis Monaſterienſis Neomagenſisve Interpres eſſet, ſatis ex Protocollis Ryſvvicenſibus modo allegatis conſtaret, quanta cum circumſpectione negotium Decem Civitatum unitarum in Alſatia ſitarum totiusque Alſatiæ in Comitiis Pacis Ryſvvicenſis tractatum, proviſumque ſit, ut, ratione earundem, ne umbra quidem ceſſionis ex Pace Ryſvvicenſi, normam Pacis Weſtphalicæ, & Neomagenſis, ſecutà appareret &c. Imo Argumento, quod ab Exemplo permutati per Pacem Ryſvvicenſem Argentorati peti poteſt, ex ipſa Pace Ryſvvicenſi appareret, Gallis per eandem nihil Alſatiæ ceſſum eſſe: Cum idem Argentoratum, ſi per Pacem Weſtphalicam vel Noviomagenſem Coronæ Gallicæ ceſſum fuiſſet, ejusdem Coronæ demum permutationis Ryſvvicenſis titulo fieri non debuiſſet: Secundum notiſſimam naturalis civilisque Juris regulam, definientem: *quod Noſtrum eſt, amplius Noſtrum fieri non poteſt. l.159.ff. de R. J. & parallell.*

§. II. Nec obſtat clauſula ejusdem §. 4. apparenter caſſatoria eorum tantum Decretorum, Arreſtorum & Declarationum, quæ de locis & juribus extra Alſatiam ſitis à Cameris Metenſi & Beſontina, ut & Conſilio Briſacenſi, edita ſunt, ibi: *Caſſatis, quæ ea de cauſa à Cameris Metenſi, & Beſontina, ut & Conſilio Briſacenſi, edita ſunt, Decretis, Arreſtis, & Declarationibus &c.* Siquidem inter verba *Caſſare* & *Appro-*

Approbare ſeu *vigori ſuo relinquere*, datur tertium, ſcilicet *non caſſare* ſeu *non infirmare* atque *in medio*, *in dubio*, *in ſuſpenſo relinquere*. Diſcrimen enim *non Caſſationis* ſeu *non-Infirmationis* ab *Approbatione* ſeu *Confirmatione*, illud eſt, quod eſt intermedii ab extremo: quippe *non-Infirmatio* ſeu *non-Caſſatio* inter Caſſationem ſeu Infirmationem intermedium quid eſt. Aliud *non-Infirmare* ſeu *non-Caſſare*, aliud *confirmare* eſt: nec, qui non caſſat, ſeu non infirmat, illicò confirmat: qui enim tacet, non caſſat, qui autem tacet, non utique confirmat: ſicut aliud eſt *non-negare*, aliud *affirmare* ſeu *conſentire*, ſecundum regulam Juris, definientem: *qui tacet non utiqur fatetur, ſed tamen verum eſt, eum non negare. L.142. D de R. J.* Quemadmodum igitur in eodem §. inter *reſtituere* & *reponere* teneri, & *ceſſum habere*, datur tertium, ſcilicet *non-reſtituere* & *non reponere* teneri, nec ſequitur, Rex Chriſtianiſſimus non teneatur reſtituere & reponere loca & jura, quæ *extra Alſatiam* ſita ſunt, in eum ſtatum, quo ante Occupationes, Uniones ſeu Reuniones fuerunt, nullo deinceps tempore amplius turbanda ſeu inquietanda, Ergò, Loca & Jura, quæ *intra Alſatiam* ſita ſunt, ceſſa habeat; Ita inter verba *Infirmare* & *Confirmare* datur tertium, nec ſequitur, Caſſata ſunto Decreta, Arreſta &c. quæ de locis & juribus *extra Alſatiam* ſitis edita ſunt, Ergò, Decreta de locis & juribus *intra Alſatiam* ſitis edita confirmata ſunto.

§. III. Quibus omnibus Colophonem addit Concluſum Imperii de Anno 1702. d. 30. Septembr. Reſolutionem Belli hodierni concernens, *ſub N. 73.* ibi: **Daß zu aller treuen Reichs-Ständen und deren Unterthanen** conſolation **die abgeriſſene Reichs-Lande in ihre alte Gräntze** redigiret / **und in den vorigen denen Reichs**-fundamentalen **Geſetzen und denen im Reichs-Gutachten vom** 14.

Febr.

Febr. A. 1689. enthaltenen Frieden-Schlüſſen gemäſſen Stand in Eccleſiaſticis & Politicis zu ſetzen ꝛc. Quorum verborum generalitate vindicationem Alſatiæ, & in hac X. Civitatum noſtratum, contineri, nemo ambiget, qui Provinciam Alſatiæ inter terras Imperii à Gallis occupatas præcipuam novit. Ex qua Cauſa etiam factum videtur, quod Civitas Imperialis *Landavienſis*, poſtquam ultimâ vice manibus Gallorum erepta eſt, mox de ſimplici & plano, absque ulla cauſæ cognitione, rectâ viâ ipſoque jure ad continuandum poſſeſſionis antiquæ hactenus injuriâ Gallorum interruptæ exercitium per reoccupationem ſtationis priſtinæ ad ſeſſionem & Votum in Comitiis Imperii inter Status Reipubl. Germ. admiſſa, cæteris bono omine & exemplo præiverit: Evidenti argumento, non magis conventione Pacis Ryſvvicenſis, quam Noviomagenſis & Monaſterienſis, ceſſionem à Gallis prætenſam Germanis placuiſſe: Attento, quod, ſi Ceſſio ea facta eſſet, de ipſis quoque nominibus bonarum Civitatum utique in Matriculâ Civitatum Imperialium expungendis Inſtrumento Pacis cautum fuiſſet: quod tantum abeſt, quod factum ſit, ut nec Galli, Juris ſui non immemores, Tabulis Pacis formulam Exemtionis conſuetam inſeri curarint: cujus non oblitos ſe eſſe, exemplo cautionis, quâ in concipiendâ Ceſſione Argentorati, infeliciter permutati, vigilantiſſime uſi ſunt, manifeſtum dederunt: Formulam intelligo, quæ in *Expunctione Nominis Membri Imperialis ex numero* ſeu Matricula Civium Imperii conſiſtit.

§. IV. Dixi *ſupra in fine c. 1.* hodienum de eo quæri: utrum intuitu actorum ibidem relatorum, ſummum Imperium *Territoriale* in X. Civitates Alſatiæ unitas Coronæ Gallicæ *titulo Pacis*, vel *Monaſterienſis*, vel *Noviomagenſis*, vel *Ryſvvicenſis*, *ceſſum* dici poſſit? Quæ enim argumenta aliunde atque ab antiquioribus temporibus petuntur, nulliſque Documentis publicis confirmari, nullius Scriptoris fide digni auctoritate

R pro-

Digitized by Google

probari, poſſunt, ſed meris fabulis, nugis atque conjecturis eorum, qui Gallis adulantur, nixa & fulcita ſunt, ſat s cum in Prodromo Obrechtiano, tum in *Excerptis Hiſtoricis* Scripti Anonymi *de Finibus Imperii Germanici* &c. quæ A. 1680. typis promulgata, denique factis ipſorum Gallorum contrariis, refutata ſunt. Siquidem in *Prodromi ejusdem cap. 7.* erudite oſtenditur, Jus, quod in Alſatia Franciæ Occidentali, ſive Coronæ Gallicæ, competit, id neque à ſucceſſione Ludovici Quarti, neque à Transactione Alberti I. cum Philippo Pulchro, ſed omne à Pace Monaſterienſi, repetendum eſſe. In *Capite 9.* autem demonſtratur, Dagobertum I. Franciæ Regem Epiſcopatus Argentinenſis Fundatorem non eſſe; Nec Eundem Epiſcopo Urbem Argentoratum ſubjeciſſe. In *Cap. 10.* verò, Alſatiam ſub Merovingis Francorum Regibus Ducatui Alemanniæ attributam fuiſſe. Sub Carolinis peculiarem Ducatum conſtituiſſe: & poſt horum deceſſum, cum Alemanniæ ſive Sueviæ Ducatu iterum eſſe unitam docetur. Porrò in *Cap. 11.* Alſatiam Ducum Lotharingiæ Superioris titulis frequenter adſcriptam reperiri: non recte tamen inde concludi, Ducatum Alſatiæ cum Ducatu Lotharingiæ conjunctum, vel partem ejus fuiſſe, probatur. Tandem in *Cap. 12.* Landgraviatus Alſatiæ Origo & antiquitas cum Terminis, *in Cap 13.* verò Antiquitas Imperialis Advocatiæ in Alſatia, Præfecturæ Hagenoenſis Origo, atque Membrorum ad illam pertinentium Numerus, aſſeritur. In *Excerptis* verò *Hiſtoricis*, quæ modo allegata ſunt, ante oculos ponitur, neque Carolinis, neque aliis Gallorum Regibus, Alſatiam unquam in partem Regni ceſſiſſe: conſequenter eandem Coronæ Gallicæ quondam incorporatam, ſeu in formam Provinciæ Gallicæ redactam fuiſſe, ut Veteres loqui amaverunt, falſum eſſe: Quantumvis ſuppoſitum illud Gallorum, quo Bona ſemel Regno ſuo incorporata perpetuæ vindicationi obnoxia eſſe ambitioſe prætendunt, aliquo fundamento niteretur: Cui tamen omnis
ratio

Digitized by Google

ratio omniaque Jura Divina & Humana contradicunt & reclàmant, ut ſupra oſtenſum eſt: Certe refutando ſolum argumentum à Retorſione petitum ſufficeret; Cum Germanis ad vetuſtiorem ſive anteriorem poſſeſſionem provocantibus, idemque principium Juris perpetuæ vindicationis pro ſe allegantibus, Galli, quid reſpondeant, non inventuri ſint. Integer autem Titulus Excerptorum modo citatorum hic eſt: *Excerpta Hiſtorica, de Finibus Imperii Germanici ex Romanis non petendis. Burgundionum in Gallia Regibus. Francorum origine & tranſitu in Galliam. Imperii Francorum origine & amplitudine. Francorum Regibus Merovingis. Regibus Auſtraſiæ. Caroli M. Imperii Diviſione tripartita. Non omnia diviſionis iſtius finibus contenta fuiſſe in pari obſequio. Ambitu veteris Regni Lotharingici. Ejusque Regibus. Pacto Bonnenſi inter Henricum Aucupem Germaniæ & Carolum Simplicem Franciæ, Reges. Fœdere inter Fridericum II. Imperatorem & Philippum Auguſtum Regem Francorum. Pacto Alberti Imperatoris & Philippi Pulchri Regis Francorum &c. ad faciliorem intellectum rerum in Germania cis Rhenum heri & hodie geſtarum.* Inter facta ipſorum Gallorum juri antiquiori contraria refero ipſam Pacificationem Weſtphalicam & Arreſta Gallica Pacem Noviomagenſem ſecuta: quippe quæ omnia Jus à Corona Gallica in Alſatiam prætenſum Ceſſioni Monaſterienſi adſcribunt, adſcribendo autem, Jus antiquius negant: cum id, quod Gallorum ante Ceſſionem eam fuit, non demum per eandem Ceſſionem eorum fieri potuerit, ut jam dictum eſt.

Cap. V.

Idem Supremum Imperium Territoriale in easdem Civitates Gallos ſolo Armorum Reunionisve facto occupatum hactenus tenuiſſe. Tolerantia detinendi uſurpandive, ſive patientia poſſeſſionis improbativa, à Ceſſione tacita diſcrimen.

§. I.

EQuidem ex iis, quæ in ſuperioribus capitibus dicta ſunt, ſponte fluit, Gallos Supremum Imperium Territoriale in easdem Civitates nullo proprietatis poſſeſſionisve Jure, vel per Pacem Monaſterienſem, vel per Neomagenſem, vel per Ryſvvicenſem, ſed ſolo facti violenti ſpoliique exercitio hactenus tenuiſſe. Non, inquam, per Pacem Monaſterienſem, quâ expreſſe Poſſeſſio Libertatis & Immedietatis Imperialis Civitatibus noſtris conſervata eſt. vid. §. *Teneatur*. Non per Pacem Neomagenſem, quâ Pax Monaſterienſis ſimpliciter confirmata. Non denique per Ryſvvicenſem, quâ plane ab omni poſſeſſione abſtrahitur, & Deciſio Controverſiarum Alſaticarum denuo in medio & ſuſpenſo relinquitur. Ut tamen opinioni quoque eorum Cauſidicorum occurratur, qui argumentum pro Jure poſſeſſionis Gallicæ à Germanorum longi temporis *patientia* Paces prædictas vel concomitante vel ſubſequente petituri ſunt, qui, inquam, dicturi, Gallis utique poſſeſſionem non ſolo exercitio facti, ſed imò titulo Juris competere, cum patientia præſertim longioris temporis tacitam voluntatem patientis involvat, & loco tituli ſit. *arg. l. ult. ff. de ſervit. l. 10. ff. Si ſervit. vind. & parall.* paucis agam. Dari Patientiam tacitæ voluntatis titulique illativam, ſeu ex quâ titulus inducitur, facile concedo; Patientiam vero Germanorum Supremum Imperium quæſtionis hactenus permittentium tolerantiumque, patientiam tituli illativam eſſe, prorſus nego. Patientia, ex qua Tacita Voluntas inducitur, Patientia ſcientis, nec contradicentis, prohibere valentis, nec prohibentis, eſt. Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt, verba ſunt *l. 50. ff. de Reg. Jur.* Seneca *in Troâde*; qui non vetat peccare, cum poſſit, jubet. Salvianus *Lib. 7.* Cujus in manu eſt, ut prohibeat, jubet agi, ſi non prohibet. Contra culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt: *non prohibere*, quocunque tandem juſto impedimento intercedente, vel poteſta-

Digitized by Google

poteſtatis ſeu *virium defectu*. Jacob. Gothofred. *in Comment. ad tit. de R. J. d. l. 50.* Quale Impedimentum in defectu virium conſiſtens, in hypotheſi noſtra hiſtoria Imminentis Belli Turcici, atque Anno 1684. uſurpatæ novæ Invaſionis Gallicæ, quæ Armiſtitio Ratisbonenſi locum fecit, notorium facit. Patientia Germanorum, patientia quidem ſcientium, ſed quantum poterant bello prohibentium, in tractatibus Pacis vero contradicentium, proteſtantium reſervantiumque erat. Patientia, ex qua *titulus* infertur, Patientia volentis & approbantis, non inviti improbantisque poſſeſſionem, eſt. Patientia, quæ loco tituli eſt, Patientia permittentis Poſſeſſorem juſtum, non vitioſum, non violentum, eſt. *d. l. 10 ff. Si ſerv. vind.* ibi: *nec vi, nec clam, nec precariò.* Res vi poſſeſſas ne quidem à tertio poſſeſſore longiſſimi temporis poſſeſſione uſucapi poſſe, ſatis conſtat. §. 4 J. *de Uſucap.* ab ipſo poſſeſſore nunquam. Patientia, ex qua ceſſio & alienatio inferri poteſt, non nuda, ſed requiſitis Uſucapionis Præſcriptionisve qualificatæ veſtita, Patientia diuturna eſt. *l. 28. de V. S.* ibi: *qui patitur uſucapi*, ibique Goedd. Janus *de Pat. Servit. c. 10.* Hugo Grot. *de J. B. & P. 2, 4, 5.* Germanis vero nulla circumſtantia approbationis, translationis, alienationis, inductiva opponi poteſt. Quæ enim Circumſtantia Voluntatis Tacitæ à *ſilentio Inſtrumentorum Pacis* deſumi poſſet, principium petere videtur, ſatisque ſuperiori capite ab argumentis tituli illativis remota fuit, & adhuc amplius ſimilitudine ſeu comparatione Tranſactionis privatæ, quæ pactis privatorum celebratur, cum publica, quæ per Pacem fit, confirmari poteſt; ſicut enim privati quicunque tranſigentes de quibusdam ex pluribus capitibus inter ſe controverſis, poſtquam reliqua ſilentio prætericrunt, non ideò jure vel prætenſione eorum capitum, de quibus non tranſegerunt, ſed tacuerunt, ceſſiſſe intelliguntur, ſed deciſionem articulorum non compoſitorum commodiori occaſioni ſervaſſe cenſentur; ita ſimiliter & multo magis Pacificantes de quibusdam rebus ſeu

Juribus, ex pluribus inter ſe controverſis tranſigendo, reliquis, de quibus non tranſegerunt, non ceſſiſſe exiſtimandi ſunt: ubi non de glande legenda, vel de ſtillicidio, quod ajunt, ſed de Religione æque & Regione, agi ſolet.

§. II. Neque vero eſt, quod quis objiciat, hac ratione nullum litium finem futurum eſſe, nulli præſcriptioni locum datum iri. Reſponderi enim poteſt, 1. Culpam litis non finitæ, non penes patientem, ſed dolum apud violentum poſſeſſorem eſſe. 2. diſtinguendum eſſe inter præſcriptionem Immemorialem & brevioris temporis. 3. Inter præſcriptionem Immemorialem bonâ fide deſtitutam & gaudentem bonâ fine. 4. Inter præſcriptionem, de cujus initio conſtat vitioſo, quantumvis longisſimi temporis, licet Centennariam & ultra, quæ cum Præſcriptione Immemoriali non confundenda eſt, & inter Præſcriptionem vere Immemorialem, de cujus initio non conſtat. 5. Gallis non abſurda videri poteſt perpetua vindicatio rerum Coronæ Germanicæ incorporatarum, qui vindicationi rerum Coronæ Gallicæ Incorporatarum nullam præſcriptionem opponi poſſe prætendunt: quibusque quod Juris in alium ſtatuunt, idem in ſe retorqueri æquum videri debet. Denique ex hac noſtra Concluſione non fluit, quacunque ratione denuo ſuper articulis non deciſis per Pacem vindicationem bellicam inſtitui poſſe, quippe qui diſcrimen inter *Jus Vindicandi* & *modum Vindicandi* non ignoro, per *modum* vero, non violentum, ſed amicalem, ceſſante amicali, occaſionem non quæſitam, ſed datam, magisque occaſionem Exceptionis, quam Actionis, Defenſionis, quam Aggresſionis, ſive Offenſionis, intelligo. Licet Galli ſuperioribus annis tam ſcrupuloſæ mentis non fuerint, ut eandem occaſionem ſe ſibi ipſis dare poſſe dubitaverint, quippe qui non tantum occaſionem vindicandi ipſi quæſiverunt, ſed novo atque antehac inaudito exemplo Jura à ſe in Germaniæ partes prætenſa via Judicii *Reunionis*, quâ ipſi Judices ſimul & Actores egerunt, callide vindi-

care

care auſi ſunt. Quæ via Reunionis à via violentæ occupationis ſolo nomine diſtat, cum vis & dolus, maxime potentioris, cui reſiſti non poteſt, ad paria judicentur. *arg. tit. ff. ne quis eum. tit. ff. Si quis aliq. teſt. proh. vel coëger. junct. l. 13. ff quod Met. cauſ. l. 7. ff de Vi privat*. ad quam ſimilitudinem etiam in ſupra dicto *Art*. 4. ibi: *bello & via facti, quam* Unionum *ſive Reunionum nomine occupata loca* &c. proprio Gallorum conſenſu redacta ſunt, quippe locis & juribus nomine *Reunionum* occupatis, communi cum locis via facti occupatis Reſtitutionis legi ſubjectis.

§. III. Diceret quis: Gallis ad ſtabiliendum poſſeſſionis ſuæ titulum, nullo Pacis, nullo Patientiæ, munimento opus eſſe, iisdem Bellicam ſeu Armatam occupationem *arg*. §. 17. ibi: *ea, quæ ex hoſtibus capimus, Jure Gentium ſtatim noſtra fiunt*. *J. de R. D.* loco tituli ſufficere, aliam perſonarum publicarum atque independentium, aliam privatarum rationem eſſe: Principes Legibus *R*omanarum præſcriptionum, Edictis Prætorum de Vi & Vi armata interdicentium, non regi, Vim Publicam, quæ ab Imperantibus independentibus bello infertur, vim juſtam cenſeri, quæ à privatis, injuſtam eſſe. Sed non difficilis eſt *R*eſponſio. 1. Solam vim bellicam nullius gentis, quantumvis barbaræ, opinione, nedum Jure, inter modos adquirendi relatam eſſe; omnes, præter occupationem ex una, etiam derelictionem, traditionemve ex altera parte, vel expreſſam per Pacem, vel præſumtam, per Præſcriptionem idoneis fundamentis inducendi præſumtum derelictum, imò præſumtam Voluntatem Divinam, gaudentibus, una requirere: Cum aliter dicentibus nulla Gens minor ſive infirmior à vi & à jugo majoris ſive fortioris tuta eſſet. 2. Vim publicam, quæ bello infertur, tantùm Juſtitia externa juſtam cenſeri, ſolisque privatis, qui Principum auſpiciis militant, non ipſis Belligerantibus, prodeſſe patrocinarique. Denique 3. aliam rationem occupatæ totius Reipublicæ, aliam occupatarum partium eidem ſubjectarum eſſe.

§. IV. Quæ omnia uti Rationis ſunt, nec confirmatione, vel per Leges Divinas, Humanasve, vel per Authoritates Doctorum, opus habent, ſed propria Gallorum agnitione nituntur, qua in *artic*. 4. Pacis Ryſvvicenſis noſtræ expreſſe convenerunt, ſe ea, quæ *durante bello* & *via facti* occuparunt, Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Imperio reſtituturos eſſe: Ita non morarentur, quo minus demonſtrationi propoſitæ imponeretur finis, niſi unicum, quod à voluntate ipſarum Civitatum noſtrarum deſumi poteſt, ſuper-

pereſſet dubium: ſiquidem præter argumenta pro Titulo poſſeſſionis Gallicæ à factis Imperii Germanici deſumpta, non leve videri poſſet illud, quod in facto ipſarum Civitatum, Supremo Imperio Civili Gallico interveniente Capitulatione, atque ita propria voluntate ſua, ſe ſubmittentium conſtituitur. Sed parata eſt novi hujus argumenti ſolutio, cogitantibus, Civitates quidem easdem *ſe ſuaque Jura & Bona* Supremo Dominio Regio, interveniente Capitulatione, ſubjicere potuiſſe, Juribus vero Imperii ſe eximendi atque Supremum Civile Imperium Reipublicæ Germanicæ in ſe competens in Coronam Gallicam transferendi, factoque ſuo eidem titulum Ceſſionis præſtandi poteſtatem, in manibus earundem Civitatum non fuiſſe. Quamvis nec de Occupatione bellica, nec de Capitulatione propriè ita dictis, ſatis conſtet, cum miſeræ Civitates noſtræ, primo quidem vi militari ſuperatæ, poſtea vero facto Reunionis Gallicæ poſſeſſæ fuerint, nulla tum vel Clarigatione adverſus Imperium promulgata, vel ſcripta Capitulatione cum ipſis Civitatibus conventa. Quidquid etiam præſidii pro obtentione occupatæ Alſatiæ Galli noviſſime in *Jure Armorum* quærere dicantur: Cum *Jus Armorum* ab iisdem prætenſum, in nuda occupatione militari, præcipuis requiſitis Occupationis juſtæ, & ad modum adquirendi Juris Gentium qualificatæ, præcipuè patientia Dominii translativa, deſtituta, conſiſtat, ut ſupra jam dictum eſt.

§. V. Quibus ita diſcuſſis, nova oritur quæſtio: annon Galli per ex-„ceſſum Occupationis hactenus deductum etiam beneficio Jurium ſibi „per Pacem Monaſterienſem *extra Alſatiam* ceſſorum ſe indignos reddi-„derint? Itaque Imperio Germanico adverſus eosdem Jus vindicandi „Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Verodunenſem, Civitatesque „quondam Imperiales in iisdem ſitas, competat? Quam, quia terminos tituli ſcriptioni huic præfixi excedit, atque ipſum vigorem Pacis Monaſterienſis reſpicit, Deciſioni Authenticæ ipſorum Auguſtorum Paciſcentium relinquo.

F I N I S.

ADJUN-

Digitized by Google

ADJUNCTA.

Num. I.

REVERS von Ottone, Hertzogen zu Oeſterreich/ ꝛc. Als des Heil. Reichs Ober-Land-Vogten ꝛc. unter Käyſern Ludovico Bavaro Anno 1331.

WIR OTT, von GOttes Gnaden/ Hertzog zu Oeſterreich/ und zu Steyr/ ꝛc. Verjähen/ und thun kund offentlich mit dieſem Brieff/ allen denen/ die ihn anſehen/ oder hören leſen/ daß Wir durch ſondere Gnad/ die Wir haben zu der Stadt zu Collmar/ die Uns geſchworen hat/ gelobt/ und verheiſſen haben/ den Weiſen/ beſcheidenen Leuthen/ dem Schultheiſſen/ dem Rath/ und den Burgern gemeiniglich daſelbſt/ daß Wir ihnen ſtät haben wollen/ und behalten/ alle die Freyheit/ Rechte/ Genad und alle Ihre Brieff und gute Gewohnheit/ die Sie von Käyſern und Königen hergebracht haben/ und ſonderlich alle die Genad/ die Ihn unſer lieber Herr Käyſer Ludwig von Rom/ in Königlichen oder in Käyſerlichen Gewalt gegeben hat/ und ſollen Ihn die mit nichten übertretten/ und ſollen Sie getreulich verſprechen/ und fürdern an aller ſtatt/ als ein getreuer Pfleger des Heil. Röm. Reichs/ und ſollen auch das thun/ wann unſer Vicariat-Amt angeht; Und das zu einem Urkunde/ geben Wir Ihn dieſen Brieff/ verſiegelt mit Unſerm Inſiegel. Der ward geben zu Nürnberg/ Zinſtag nach Unſers HErrn Leichnambs Tag/ da man zahlt von Chriſtus Gebuhrt/ dreyzehen hundert/ darnach in dem ein und dreyſſigſten Jahr.

Num. II.

REVERS Caroli IV. Römiſchen Königs ꝛc. ꝛc.

Die Stádte der Land-Vogtey Hagenau nicht zu verpfánden/ noch zu verſetzen ꝛc. 1347.

WIR Carl/ von GOttes Gnaden/ Römiſcher König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ und König zu Böhmen ꝛc. Thun kund allen die dieſen Brieff ſehen/ und hören leſen/ Unſerer Königlichen Klarheit geziemet/ die Bitte gnädiglich zu erhören/ und ſie zu fürdern/ die mit gantzem lauterm

Willen / des Heyl. Reichs Diener / und Anhafften ſind / und durch des Reichs Nutz und Ehre / ihr Leib und ihr Guth unerſchrockentlich / getührend wagen / davon / ſo haben Wir gnädiglich angeſehen / die willig und dienſtbare Werck / die Uns / und dem Reich / die Burger / und die Gemeinde / Unſerer Städte zu Collmar / Schlettſtadt / Enheim / Roßheim / Mühlhaußen / Keyßersperg / Türckheim und Münſter / Unſer Liebe Getrewe / haben erzeigt und gethan / und noch thun ſollen / und haben Jhn gelobt / und geloben Jhn mit Urkund diß Brieffs / daß wir Sie / noch derſelben Städte an kein / niemand von dem Reich ſöndern / hingeben / verſetzen noch verpfänden wollen / damit Sie von dem Reich entfrembdet / getheilt / oder geſöndert mögen werden / in keine Weiß ohn alle Gefährde. Deſſen zu einer Urkund haben Wir Unſer Königl. Jnſiegel gehangt an dieſen Brieff. Der zu Hagenau war gegeben / im Jahr / da man zahlt von Gottes Geburt / Dreyzehen Hundert und Viertzig Jahr / an dem nächſten Mittwoch nach St. Niclaus Tag.

Num. III.

REVERS Käyſer Carl des IV.

Daß widerwärtige Freyheiten und Brieff / ſo Er einem oder anderm geben würde / und der Städte Freyheiten / nicht gleich ꝛc. ohne Krafft ſeyn ſollen ꝛc. 1348.

WJR Carl / von GOttes Gnaden / Röm. König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und König zu Böheim ꝛc. Entbieten Unſeren Lieben Getrewen / den Burgermeiſtern / den Räthen / den Burgern gemeiniglichen der Städten / Hagenaw / Collmar / Schlettſtadt / ꝛc. und allen Unſern / und des Reichs Städten im Elſaß / Unſer Huld / und alles Gut. Wann Wir durch Unmuß und manche groſſe Sachen / die Wir zu verrichten haben / nicht allweg gedencken mögen / der Rechten / die Wir euch beſtätigt haben / und Gnaden / die Wir Euch gethan haben / in der Gemein und auch etlichen beſonder / und geben unterweilen von Vergeſſenheit / und durch Bitt willen der Leuthe / etliche Brieff / die euch leicht mißfallen. Darumb wollen Wir das ernſtlich von gantzem wiſſen / was Brieff Euch kommen ſind in vergangner Zeit / oder außbracht würden von Uns in künfftigen Zeiten / die wider mehr Recht / Gewohnheiten / Gnaden und Gelübde / die Wir Euch gethan haben / in der Gemein / und etlichen beſonder / in keinen Stucken werent / daß Jhr Euch daran nit kehren / und ihren auch nichts achten / wann Wir meynen zu aller Stund / daß ſolche Unſere Brieff niemand ſchaden ſollen / an ſeinen Rechten / und Unſer gantzer Will iſt / daß Wir Euch Recht / Genad / und alle Gelübd / die Wir Euch gethan haben / gantz

Digitized by Google

ganz ſtäth / und unzerbrochen halten wollen / ohn alle Hindernuß. Mit Urkund diß Brieffs / verſiegelt mit Unſerm Königlichen Inſiegel / der geben iſt zu Nürnberg / nach Chriſtus Gebuhrt / Dreyzehen Hundert Jahr / und in dem Acht und Viertzigſten / an dem nächſten Zinſtag vor St. Veltins Tag.

Num. IV.

Bewilligung und Geheiß Käyſer Caroli IV. Daß die Verein-Städte in Elſaß ſich miteinander verbinden ſollen und mögen. Anno 1354.

WIR Carl / von GOttes Genaden / Römiſcher König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und König zu Böhm ꝛc. Bekennen / und thun kund allen Leuthen / die dieſen Brieff ſehen / hören oder leßen. Wann Wir kundlich angeſehen haben / ſolche gebreiten Mißhelle und Aufflauffe / die biß auf dieſe Zeit in dem Lande / in den Städten / und unter den Leuthen / die Uns und dem Heyl. Reich zugehören / in Elſaß geweſen ſind. So haben Wir von Unſeren Königlichen Gnaden / durch Nothdurfft / und offenbaren Nutzen oder ehgenandten Unſer / und des Reichs Städte Land und Leute / gebotten und geheiſſen / heiſſen und gebieten mit dieſem Brieff / bey Unſeren und des Reichs Hulden / Unſeren Schultheiſſen / Burgermeiſter / Räthen / Burger und Gemeinde der Städten Hagenau / Collmar / Schlettſtatt / Weiſſenburg / Enheim / Roßheim / Mühlhaußen / Käyſersperg / Münſter und Dürckheim / daß ſie ſich zuſammen verbinden mögen gegen Männiglichen / doch außgenommen Uns / das Reich / Unſere Land-Vögt / und andere Unſere Ampt-Leuthe / die Wir haben / zu Zeiten einander getreulich zu rathen und zu helffen ꝛc. Mit Urkund diß Brieffs verſiegelt mit Unſerm Königlichen Inſiegel. Geben zu Regenſpurg nach Chriſti Gebuhrt / Dreyzehen Hundert / und darnach in dem Vier und Fünffzigſten Jahre / des nächſten Donnstag nach St. Bartholomäi des Heyl. zwölff Boten / in dem Neundten Jahr Unſerer Reiche.

Num. V.

REVERS Pfaltz-Graff Ruprechts ꝛc. Ober-Land-Vogten / unter Käyſer Carlen dem IV. Anno 1354.

WIR Ruprecht / von GOttes Genaden / Pfaltz-Graff bey Rhein / des Röm. Reichs Obriſter-Truchſäß / Hertzog zu Bayern / Vicari in Teutſchen Landen / und Land-Vogt im Elſaß. Bekennen und offenbahren

mit

mit dieſem Brieff / daß Wir den Erbaren / Weißen Leuthen / dem Rath / den Burgern gemeiniglichen / und der Stadt zu Collmar / alle Freyheit / Recht / und gute Gewohnheit / und alle Ihre Brieff / die ſie hant von Käyſern und von Königen / und beſonderlichen die Brieffe / und die Gnade die Sie hant von Unſerm Gnädigen Herrn dem Römiſchen König Carln / und König zu Böhm / wollen ſtät halten / und nicht überfahren / ohn alle Argliſte / dieweil Wir Unſers ehegenandten des Römiſchen König Carls Vicarii ſind / und wärs / daß ſie jemand davon tringen wollt / darfür ſollen Wir Sie getreulich ſchirmen / ohn Gefährde / außgenommen Unſern obgenandten Herrn König Carl. Mit Urkunde diß Brieffs / verſiegelt mit Unſerm hangenden Inſiegel / der geben iſt zu Schlettſtatt am Mittwoch nach St. Nicolaus Tag / da man zahlt von Chriſtus Geburt Dreyzehen Hundert Jahr / und darnach in dem Vier und Funfftzigſten.

Num. VI.

Käyſers Caroli Privilegium,

Krafft welches die Stadt Collmar und dero Burgerſchafft / ſamt und ſonderlich mit ihrem Leib und Guth / von dem Land-Gericht und allen andern Unter-Gerichten in Anno 1370. eximirt und befreyet / ſo von allen folgenden Käyſern biß hieher confirmiret worden.

WIR Carl von GOttes Gnaden Römiſcher Käyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheimb. Bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Brieffe / allen den die ihn ſehend oder hörend leſen / wann Wir zu andern Zeiten den Burgermeiſtern / dem Rathe und den Burgern / gemeiniglich Unſer / und des Reichs Stadt zu Collmar und Lieben Getreuen die Gnad gethan han / daß niemand ihr Leib und Guth laden ſolle oder heiſchen auff kein Land-Gerichte / ſondern wer zu ihn icht zu ſprechen hat / daß der Recht ſolle von Ihn nehmen / vor Ihrem Schultheißen / als in unſern Brieffen / die Sie darüber haben / vollkommentlicher iſt begriffen. Doch iſt Uns fürkommen / daß der Land-Richter in Obern-Elſaßen / und die an demſelben Land-Gerichte ſitzen / dieſelben Unſern und des Reichs Burgern für ſich heiſchen / laden und Recht über Sie ſprechen. Wann Wir nun wollen / daß Unſre Gnad und Freyheit / die Wir Ihn gethan haben / gäntzlichen gehalten werde / davon gebiethen Wir ernſtlich und veſtiglich / bey Unſern und des Reichs Hulden / dem Land-Richter / und denn die an dem obgenandten Land-Gericht geſeſſen ſeyn / ſitzen / oder in Zeiten ſitzen werden / daß Sie fürbaß mehr keinen Unſern Burger von Collmar / wo die ſitzen / nicht für ſich heiſchen oder laden füllen / und nehmen und thun auch abe / mit rechter Wiſſen und Käyſerlicher Machte / alle ſulche Ladung

dung und Urtheil / die über die vorgenandte Unſer Burger von dem Land-Richter in Obern-Elſaſſen und den die an dem Land-Gericht ſitzen / biß her geſchehen oder geſprochen ſeyn / oder fürbaß geſprochen werden / und wer dawider thäte / der ſoll in Unſer und des Reichs ſchwere Ungnade verfallen ſeyn / und einer Pöne zehen Pfund Goldes / die halb in Unſer und des Reichs Cammer / und das ander halbe Theil den von Collmar / wie offte und dicke / ſie uberfahren werden füllen / gefallen / mit Urkund diß Brieffs verſiegelt mit Unſer Käyſerlichen Majeſtät Inſiegel / der geben iſt zu Carls Baden nach Chriſtus Gebuhrt Dreyzehen Hundert Jahr / darnach in dem Siebentzigſten Jahre am St. Gallen Tag / Unſer Reiche in dem Fünff und Zwantzigſten / und des Käyſerthumbs in dem Sechzehenden Jahre.

Per Dn: Cancellar:

Dom: de Syſenheimb.

Num. VII.

Käyſers Caroli Exemptions Privilegium de Anno 1376. in Subſtantialibus gleiches Inhalts / wie das vorſtehende.

WIR Carl von GOttes Gnaden Römiſcher Käyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheimb / bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Brieffe allen denen / die ihn ſehen oder hören leſen. Wañ Wir zu andern Zeiten den Burgermeiſter / Rathe und Burgern gemeinlichen Unſer und des Reichs Stadt zu Collmar / Unſern Lieben Getreuen / die Gnade gethan haben / daß niemand Ihr Leib Ihr Guth laden ſoll oder heiſchen / auff kein Land-Gericht / ſondern wer zu Ihn icht zu ſprechen hat / daß der Recht von Ihn ſolle nehmen / vor ihrem Schultheißen / als in Unſern Brieffen / die ſie darüber haben / vollkommentlicher iſt begriffen / doch iſt Uns fürkommen / daß der Land-Richter in Obern-Elſaſſen / und die an demſelben Land-Gerichte ſitzen / dieſelben Unſere und des Reichs Burger und Soldner für ſich heiſchen / laden und Recht über Sie ſprechen. Wann Wir nun wollen / daß Unſre Gnade und Freyheit / die Wir Ihn gethan haben / gäntzlich erhalten werde / davon gebieten Wir ernſtlichen und feſtiglichen / bey Unſern und des Reichs Hulden / dem Land-Richter / und den / die an dem obgenandten Land-Gerichte / oder an andern Land-Gerichten oder Gerichten / wo ſie ſeyn gelegen / ſitzen / oder in Zeiten ſitzen werden / daß Sie fürbaß mehr keinen unſern Burger oder Solpner von

Digitized by Google

Collmar / wo die ſitzen / nicht vor ſich heiſchen oder laden ſollen / und nehmen und thun auch abe mit rechter Wiſſen und Käyſerlicher Machte alle ſolche Ladungen und Urtheil / die über die vorgenandte unſere Burger und Soldner / von dem Land-Richter in Obern-Elſaſſen / von dem die an dem Land-Gerichte ſitzen / und von andern Land-Richtern und Richtern / wo die ſeyn bißher geſchehen / oder geſprochen ſeyn / oder fürbaß geſprochen werden; Wäre aber Sache / daß in Zeiten ein Land-Richter oder anderer Richter / wer er auch wäre / gegen Unſer gegenwärtig Käyſerliche Gnade / die vorgenante unſere und des Reichs Burgere und Soldner zu Collmar / freventlich vortheilte / triebe / vorlüde / oder über Sie Recht oder Urtheil ſpreche / nach der Zeit daß er kundlichen unterrichtet und unterweiſet würde / mit dieſem Brieff der Gnade / die darin begriffen ſeyn / und dem von ſolcher Beſchwernuſſe / als darvor ſtehet / innewendig acht Tagen / nach ſolcher Unterweiſung gäntzlichen nicht lieſſe / der ſoll über das / daß ſolche Vorladung Recht und Urtheil / weder Krafft noch Macht haben ſollen in keine Weiß / in Unſer und des Reichs Achte ſeyn / die Wir auch in Unſer und des Reichs Achte / mit rechtem Wiſſen und Krafft dieſes Brieffs thun / gleicher Weiß ob Er mit urtheilen darzu urtheilt war / und ſoll auch zwantzig Pfund Golds verfallen ſeyn / die halbe in Unſer und des Reichs Cammer gefallen ſollen / und das andere halbe Theil den vorgenandten Unſern Burgern und Soldnern zu Collmar / die wider dieſe unſre Gnade überfahren werden. Mit Urkund dieß Brieffs verſiegelt mit Unſern Käyſerlichen Majeſtät Inſiegel / der geben iſt zu Franckfurt uff dem Mayne / nach Chriſtus Gebuhrt Dreyzehen Hundert Jahr / darnach in dem 76. Jahr / des nächſten Donnerſtags / nach St Johanns Tage des Täuffers / Unſer Reiche in dem Dreyſſigſten / und des Käyſerthumbs in dem Zwey und Zwantzigſten Jahre.

Per

Dom. de Coldizt.

Theodor. Dameron.

Num. VIII.

Käyſers Wenceslai Reſcriptum de Anno 1382.

Krafft welches Er dem Oeſterreichiſchen Land-Vogt in Elſaß aufferlegt / die Ampt-Leuthe und Land-Richter / von Citir- und Beruffung der Stadt Collmar vor das Land-Gerichte abzuhalten.

WIR Wentzlaw von GOttes Genaden Römiſcher Kunig / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und König zu Böhem / entbieten dem Edlen Martin Mal-

Digitized by Google

Malderer / Unſers lieben Oheim Hertzog Leupols von Oeſterreich Land-Vogt / in Obern-Elſaſſen Unſerm Lieben Getreuen / Unſer Genad / und alles Gut / Lieber Getreuer / Uns iſt fürgelegt von wegen des Burgermeiſters Raths und Burger Unſerer und des Reichs Stadt zu Collmar und Lieben Getreuen / wie daß Sie offt an das Land-Gericht in Obern-Elſaſſen geheiſcht und geladen werden / und auch daſelbſt bekumert wider ſolche Freyheit / Brieff und Gnade / die Sie von Uns und dem Reich unſern Vorfahren an dem Reiche / Römiſchen Käyſern und Kunigen / und ſonderlich von dem Allerdurchlauchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Carlen etwan Römiſchen Käyſer / Unſerm lieben Herrn und Vattern hant / das doch nicht ſeyn ſolte / und auch mit denſelben Brieffen / wann ſie daſelbſt kommen / ſo wollen ſich der Land-Richter und die Ritter nicht laſſen unterweiſen / und daß ſie auch zu andern Zeiten einen offenbahren Schreiber / den Sie mit Jhn daſelbſt an das Land-Gericht brachten / Sie zu unterweiſen / und die Brieffe zu verhoren gefangen haben / das uns doch von Dir unbillich düncket. Davon ſo gebieten Wir dir ernſtlich und beſtätigen / bey unſern und des Reichs Hulden / daß Du mit denſelben Land-Richter und den Rittern / die da Recht ſprechend / in denſelben Land-Gerichten beſtelleſt / daß Sie dieſelben unſern und des Reichs Burger / bey den vorgenan: Jhren Brieffen / Freyheiten Rechten und Gnaden bleiben laſſen / und daß Sie auch von Jhn und Jhren Soldnern nicht mehr richte. Wann geſchehe das nicht / ſo wolten Wir dazu gedencken / wie daß die vorgenan: unſere Burger bey ſolchen ihren Rechten / Gnaden und Freyheit bleiben. Geben zu Franckfurt uff den Mewene an Sant Margarethen Tage der Heiligen Jungfrauen. Unſer Reiche des Böhemiſchen in den Zwantzigſten / und des Römiſchen in dem Siebenden Jahre.

Num. IX.

Käyſers Wenceslai Privilegium Exemptionis de Anno 1397. hauptſächlich gleiches Jnhalts mit beyden vorſtehenden.

WJR Wentzlaw von GOttes Gnaden Römiſcher Kunig / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und Kunig zu Böheim / bekennen und thun kund offentlichen mit dieſem Brieffe / allen den die ihn ſehn / oder hören leſen / daß Wir durch ſolcher getreuer und nutzlicher Dienſte und Ehren willen / die uns und dem Reiche / der Schultheiſſe / Burgermeiſter / Räthe / und die Burgeren gemeinlichen der Stadt zu Collmar / Unſere Lieben Getreuen offte nutzlichen und unverdroſſenlich gethan haben / und auch thun ſollen und mögen in künfftigen Zeiten / darumb ſo haben Wir Sie mit wohlbedachtem Muthe / Rathe / Unſe-

rer

Digitized by Google

rer und des Reichs Fürſten und Lieben Getreuen dieſe beſondre Gnade gethan / und thun ihn die auch mit Krafft diß Brieffs: Als daß Sie niemande fürbaß mehr ewiglich / wer der ſey / und in welchen Ehren und Würden Er auch ſey / die ehgenan: Burgere miteinander / oder kein beſonder / er ſey Mann oder Weib und ihr Hinterſeſſen / fürtreiben / fordern / anſprechen / beklagen / bekümmern / urtheilen oder rechten ſülle oder möge / für Unſer Königlich Hoch-Gericht / oder am andern Land-Gerichten der Gerichten / wo die liegen / gelegen und wie die genandt ſind / beſonder wer den ehgenant Burgern allen / Ihr einen oder mehr / Er ſey Mann Weib / oder ihren Hinterſaſſen zu ſprechen / zu klagen oder Forderung hat / oder gewinnet / der ſoll das thun vor dem Schultheiſſen und den Richtern daſelbſt zu Collmar / und Recht do for ihn nehmen / und ſich des laſſen benügen / und nyendert anderswo / es wäre dann / daß dem Kläger oder Klägerin kundlich und offentlich recht widerſagt würde / von dem egnan: Schultheiſſen und Richtern zu Collmar / außgenommen alleine / ob Wir ſelber zu ihn nichts zu ſprechen hatten / doch meinen und wollen Wir / ob das wäre / daß jemands wer der wäre / die egnante Burger / gemeiniglichen oder ihr kein beſonder / noch ihr Hinderſaſſen uff keine andere Gericht uſſerhalb ihr Stadt zu Collmar Ende bekümmerte oder achte / daß den dieſelbe Ladunge Forderung Urtheil und auch die Rechte gäntzlich todte und ab ſeyn ſolle / und in allen / nach ihr keinen beſunder kein Schade ſeyn ſolle / in kein Wege. Mit Urkund diß Brieffs verſiegelt mit Unſer Königlichen Mayeſtät Inſiegel. Geben zu Nürnberg nach Chriſtus Geburt Dreyzehen Hundert Jahr / und darnach in dem Sieben und Neuntzigſten Jahren / an St. Lucas Tage / Unſer Reiche des Böhemiſchen in den Fünff und Dreyſſigſten und des Römiſchen in den Zwey und Zwantzigſten Jahren.

(L.S)

Num. X.

REVERS Käyſer Sigismundi,

Die Verein-Städte der Land-Vogtey Hagenau zu ewigen Zeiten / nicht zu trennen / zu verſetzen oder zu verpfanden / noch das Ambt der Land-Vogtey in Elſaß / noch die Jährliche Stadt-Steuren hinzugeben / oder zu entfremdden ꝛc. 1414.

WIR Sigmund / von GOttes Gnaden / Römiſcher König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und zu Ungarn / Dalmatien und Croatien ꝛc. König.

Be-

Bekennen / und thun kund offenbar mit dieſem Brieff / allen den die ihn ſehn / und hören leſen / wann uns fürbracht iſt / daß Unſer / und des Reichs Liebe Getreuen / Burgermeiſter / Rath / und Burger gemeiniglichen / der Städte / Hagenaw / Colmar / Schlettſtatt / Weiſſenburg / Ober-Enheim / Kayſersperg / Mühlhauſſen / Münſter in St. Gregorien Thal / Türckheim / Roßhelm / und Selße / von Unſern Vorfahren an dem Reich Römiſchen Käyſern und Königen / vormahls gefreyet und begnadet ſind / daß man ſie ſammethafft / noch ſonderlich / von dem Reich nicht entfrembden / entſchieden oder verſetzen ſolle / und wann Wir ihn ſolcher Käyſer und Könige Brieff / und alle ihre Freyheit / gnädiglich verneuert und beſtätigt haben / alsdenn daß die Brieffe darüber geben / klärlich außweiſen / daß Wir durch ſonderlicher und veſter Treue willen / ſo Sie zu Uns / und dem Heilgen Reich hant / mit wohlbedachtem Muthe / gutem Rath / und rechtem Wiſſen / bey Unſren Königlichen Worten geſprochen habend / und ſprechend mit dieſem Brieff / für Uns / und alle Unſere Nachkommende an dem Reich / Römiſche Käyſer und Könige / daß Wir die vorgenandte Städte ſammethafft / noch ihr keine beſonder / noch ihre Jährliche Stewr / noch das Amt der Land-Vogtey in Elſaß / mit ihren Zugehörungen / nimmer verſetzen / verpfänden / veräuſſern / hingeben / oder entfrembden wöllen / noch ſollen / in keine Weiß: Sondern daß Wir dieſelben Stadt-Steuren / Amt und Land-Vogtey mit ihren Zugehörungen / bey dem Heiligen Reich fürbaß mehr unverſetzt bleiben laſſen wollend / als ſie herkommen ſind / und Wir ſie funden hant / ohn alle Gefährde. Und gebieten darumb allen Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Graffen / Freyen / Rittern / Knechten / Land-Vögten / Ampt-Leuten / und allen andern / Unſeren und des Reichs Unterthanen / und Getrewen ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff / daß Sie die vorgenandte Städte / in den genandten Ihren Genaden und Freyheiten / nicht hinderen / oder darwider beſchwären / in keine Weiß / ſondern Sie dabey getreulich handhaben / ſchirmen / und geruhiglich bleiben laſſen / als lieb ihn ſey / Unſer / und des Reichs ſchwere Ungenad / zu vermeiden. Mit Urkund diß Brieffs verſiegelt mit Unſer Königlicher Majeſtät Inſiegel Geben zu Coblentz nach Chriſti Gebuhrt Vierzehen Hundert / und darnach in den Vierzehenden Jahren / an St. Bartholomäi Abend.

Num. XI.

Befelch-Brieff Käyſers Sigismundi &c.,

An die Stadt Hagenaw / die Dorffſchafften wider die Land-Vögte und Ambt-Leute zu ſchützen ꝛc. Anno 1422.

WIR Siegmund / von GOttes Genaden / Römiſcher König / ꝛc. zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / zu Böhm ꝛc. König. Entbieten den

Ehr-

Ehrſamen / Burgermeiſter / den Räthen / und der Gemeinde / gemeiniglichen der Stadt zu Hagenaw / die jetzund ſind / oder in Zeiten werden / unſer Gnade und alles Gut / Lieben Getreuen. Als Unſere Vorfahren Römiſche Käyſer und Könige / und auch Wir / Unſere und des Heil. Reichs Dörffer / ſo in Unſer Pfleg- und Land-Vogtey Hagenaw gehören / mit unſern Brieffen verſchrieben / und euch der Stadt Hagenaw gegeben haben / bey uns / und dem Reiche / und bey der Stadt ewiglich zubleibende / und darvon nicht zu kommen / alſo iſt uns fürkommen / wie dieſelbe unſer / und des Reichs arme Leute in den Dörffern vorgenandter Pflegde / ſchwerlichen bedrängt und überladen werden / mit ungewöhnlichen Überſtewren / und Mitführung an ungewöhnliche Ende / auſſer dem Reiche / das doch niemahl geſchehen ſeye / und viel anders / dann ſie vor Zeiten von Land-Vögten und Ampt-Leuten / gehalten ſind worden / und umb ſolch Bedrängnuß / müſſen die arme Leute von Uns und dem Heiligen Reich weichen / und werden Uns / dem Reich / und auch des Reichs Stadt Hagenaw / entfrembdet / das wir nicht leyden wollen; Da heiſſen und befehlen Wir / und gebieten euch ernſtlichen / und veſtiglichen / von Römiſcher Königlicher Macht / und des Heiligen Reichs / mit Krafft diß Brieffs / und wollen auch / daß ihr die vorgenandte arme Leut bleiben laſt / in unſeren und des Reichs Dörffern / und daß der Land-Vogt / und die Ampt-Leute die jetzund ſind / oder künfftiger Zeiten werden / dieſelben bey ihren alten gewöhnlichen Stewren / Dienſten / Führungen und Engeren / als ſie bey unſeren Vorfahren Römiſchen Käyſern und Königen / und beſonder bey unſerm lieben Herrn und Vatter Käyſer Carln / und bey unſerm lieben Bruder / König Wentzlaw / ſeeliger Gedächtnuß / gehalten worden ſind / bleiben ſollen / und ſie bey Uns / und dem Reich und der Stadt Hagenaw behabend / nach Inhalt ſolcher unſer und unſerer Vorfahren Römiſcher Käyſer / und Königlicher Majeſtät Brieffe / ſo ihr beſonder darüber habend. Da laſſen euch hierinnen Ernſt ſeyn / als lieb euch ſey unſer ſchwere Ungnad zu vermeiden / &c. Mit Urkund diß Brieffs / verſiegelt mit unſerem Königlichem anhangendem Inſiegel / der geben iſt zu Nürnberg / auff Donnstag nach unſer lieben Frauen Tag Nativitatis, nach Chriſti Gebuhrt / Vierzehen Hundert und Zwey und Zwantzig / unſerer Reiche des Ungariſchen in dem Sechs und Dreyſſigſten / des Römiſchen in dem Zwölfften / und des Böheimiſchen in dem dritten Jahre.

Num.

Digitized by Google

Num. XII.

Käyſers Sigismundi Privilegium Exemptionis de Anno 1422. mit den vorſtehenden Conform.

tos poſt annos uterque paciſcentium in illo quod pactum erat, acquivit, neque Regiæ Majeſtatis Veſtræ Miniſtri quicquam ulterius præter novum aliquod Homagium à Decem Civitatibus Imperialibus in Alſatia (non ceſſa) ſitis, ut & à nonnullis Imperii Statibus (ratione dictorum Epiſcopatuum) Feudalitatis nexum exegerant, quæ lis tamen poſtea ad certos utrinque ſelectos Arbitros remiſſa, & quod ad Juramentum Civitatum attinet, deciſa fuit; Sic Pace non ita pridem Neomagii concluſa & ratificata, præter omnium ſpem & expectationem mox longe diverſum, undiquaque poſtulatum fuit ac nuper à Regiæ Majeſtatis Veſtræ Metis, & Briſaci noviter conſtitutis Tribunalibus, in ſingulos in utraque Alſatia ſitos Imperii Status, eorumque Territoria, Supremi quoddam & abſoluti Dominii Jus, per modum Sententiæ attributum eoque nomine, Juramentum Subjectionis exactum, ſubditi ab Homagio (legitimis Dominis præſtito) ſoluti, novoque erga Regiam Majeſtatem Veſtram ligati atque vi, manuque Militari ad ejus Præſtationem, nec non Contributionem, & ſubventionum ut vocant, Solutionem, contra expreſſum Tenorem Inſtrumenti Pacis Neomagenſis §. Contributionum &c. 30. coacti fuerunt, imò eo jam res erupit, ut cum ſub eodem prætextu magna pars ditionum Sereniſſimi Domini Electoris Palatini cum earum Juribus & appertinentiis, nec non Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Spirenſis, & Præpoſiti Weiſſenburgenſis, cœterorumque Dominorum Comitum Palatinorum Rheni, trans Rhenanæ Provinciæ nuper à Gallico Milite armatâ manu occupatæ fuiſſent, interque alia prædicto Domino Epiſcopo Spirenſi Arx Madenburg contra improviſos ejusmodi inſultus, jam deſtinatos non præparata graviſſimis Comminationibus extorta, atque Caſtrum Falckenburg eadem lege ad deditionem poſtularetur, Sua Serenitas Electoralis autem illud dedere optima fide renueret, longe ſanè vehementiori impetu, quam quiſquam media Pace expectaverat dictum Caſtrum aggreſſione militari & tormentorum vi expugnatum, ejusdemque Serenitatis Territoria, Oppida, Arces, Villæ & alia inveſtata, ſubditi ſpoliati, & ad incitas redacti, eodem ferè modo, nuper fortalitia Homburg & Bitſch, à Regiæ Veſtræ Majeſtatis milite nuper occupata non obſtante quod Eminentiſſimis Dominis Electoribus Moguntino & Trevirenſi Sequeſtro à Cæſarea Majeſtate & Imperio concredita fuerint, ſicut & noviſſimè Caſtrum Oberſtein ſub atrociſſimis minis ad deditionem poſtularunt, & vi jam expugnarunt, cum tamen abhinc quingentis Annis proprietas Archi-Epiſcopatui Trevirenſi una cum jure aperturæ in dicto Caſtro & Oppido competat, & in diſtrictu Metenſi non ſint, alias etiam ad Moſam, ubi nullius Alſatiæ ſeu Epiſcopatuum ceſſorum prætextus extat, tria ad Eminentiſſimum Electorem Trevirenſem utpote

per-

Digitized by Google

perpetuum Adminiſtratorem Brümenſen à multis retro Seculis Spectantia Oppida Fumay, Feppin, & Revin, in dicta plane cauſa violenter invaſa, eorumque Incolæ ad Homagium Regiæ Majeſtatis Veſtræ præſtandum coacti fuerunt. Verum cum adeo acerbæ executiones Paci Weſtphalicæ (per Neomagenſem nuper denuo confirmatæ) directò contrarientur inſuper Electores, Principes, & Status Sacri Romani Imperii ſummopere ſoliciti reddantur, quod dicta Tribunalia in Status Imperii eorumque Territoria, qualemcunque Superioritatem ſibi arrogare contendant, officii noſtri omninò duximus, ad Regiam Majeſtatem Veſtram totam cauſam decenter referre, atque totius negotii rationem paucis exponere.

Conſtat enim Pace nuper Neomagii concluſa, lege publica utrinque Conventum fuiſſe, quod Pax Monaſterii Weſtphalorum, ſolidiſſimum mutuæ amicitiæ tranquillitatisque publicæ, eſſe debeat Fundamentum, illaque in omnibus & ſingulis priſtino ſuo vigore reſtituenda ſit, ſi itaque pactio iſta Solennis, hoc undiquaque inniti debeat Fundamento, uti revera innititur, certe quidquam amplius, quam quod ibi expreſſè ſtipulatum reperitur, exigi non poterit, neque enim qualiscunquo alia Territoriorum & Jurium ceſſio, quam illa quæ Monaſterii Weſtphalorum facta, ac Neomagii confirmata fuit, ullo publico documento probari poteſt, Regiæ etiam Majeſtatis Veſtræ nunquam peritura Literarum, aliaque Documenta ſatis evincunt, ipſam apud Tractatus Weſtphalicos aliisque locis toties atque publicè aſſeruiſſe, nil ſibi magis curæ eſſe, quam ut Statibus Imperii Sua Libertas, immedietatis jura, & dominia inconcuſſa ſervarentur atque reſtituerentur.

Teſtatur inſuper abundè Pacis Monaſterienſis Inſtrumenti §. 1. Quod Supremum &c. 70. præter ſupradictos Epiſcopatus, eorumque diſtrictus, nil amplius ceſſum, neque aliam paciſcentium mentem fuiſſe, quam ut in Regiam Majeſtatem Veſtram translatum Supremum Dominium, omnimodaque Jurisdictio, tantum eatenus exerceatur quatenus illa tunc intra diſtrictus illorum Epiſcopatuum obtinuit, atque exercita fuit, neque ſub illius Juris Diœceſani nunquam ceſſi, aut ullo alio, quocunque pretextu, ultradictos diſtrictus, propriumque ipſorum Territorium, longè minus in ea Feuda quæ Status Imperii ante motus Germaniæ à dictis Epiſcopatibus forte olim recognoverunt extendenda ſit.

Patet quoque Landgraviatûs ceſſione, neutiquam univerſam Alſatiam ceſſam, imo nequidem ulli paciſcentium, adeo enormem ceſſionem in mentem veniſſe. Quemadmodum enim ibi ſcil. §. Tertiò Imperator &c. 73. Quid Regiæ Majeſtati Veſtræ in Alſatia ceſſum fuerit, nominatim deſignatur,

nempe Oppidum Briſacum, Landgraviatus Superioris & Inferioris Alſatiæ (non tota Alſatia) Sundgovia, Præfecturaque Provincialis, 10. Civitatum Imperialium in Alſatia Sitarum (non vero ipſæ Civitates Imperiales) omnesque Pagi, & alia quæcunque Jura quæ à dicta Præfectura (non ab Alſatia, vel dictis Civitatibus) dependent, adeoque Alſatiam à Landgraviatu, & ejusdem Præfectura Provinciali maximè ſemper diſtinctam fuiſſe, evidenter probatur, ita ſub ſequenti ac Speciali lege, nempe §. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c. 87. notanter conventum atque pactum fuit, quid ab illa Landgraviatûs & Præfecturæ ceſſione exceptum & non ceſſum fuerat, teneri nempe Regiam Majeſtatem Veſtram non ſolum Epiſcopos, Argentinenſem, & Baſileenſem, cum Civitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per utramque Alſatiam Romano Imperio immediatè ſubjectos ordines, Abbates, Murbacenſem & Luderenſem, Abbatiſſam Antlavienſem, Monaſterium in Valle S. Gregorii Palatinos de Lüzelſtein Comites & Barones de Hanau, Fleckenſtein, Oberſtein, totiusque Alſatiæ Inferioris Alſatiæ Nobilitatem, item prædictas 10. Civitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, in ea Libertate & Poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Romanum, quo hactenus gaviſæ ſunt, relinquere, ita, ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis Juribus contenta maneat, quæcunque ad Sereniſſimam Domum Auſtriacam ſpectabant, & per contractum illum Pacificationis ceſſa fuere. His ita præmiſſis, nulla ratio ſupereſt, quâ totam Alſatiam ceſſam fuiſſe evinci poterit.

At, quid enim fuiſſet Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Argentoratenſem, nec non Decem Imperiales Alſatiæ Civitates, ac reliquos in illius diſtrictu ſitos Status, poſt Pacem Weſtphalicam in priſtinam ſuam Libertatem, Immedietatem, Jura & Regalia plenariè reſtituiſſe, militemque Gallicum ex eorum tempore belli occupatis locis eduxiſse ac illa dictis Statibus propriis ſuis Præſidiis cuſtodienda reliquiſſe? At quid etiam opus fuiſſet de libero Gallicarum Legionum tranſitu; de Civitatis Tabernarum Neutralitate de fortalitii Bönfeldani demolitione & ſimilibus in Favorem Galliæ nominatim ſtipulari; ſi utraque Alſatia ei ceſsa eſset? At quid denique de ſupradictorum Statuum Immediatorum reſtitutione, adeo ſolicitè tranſigere? Si talia quæ nunc geruntur licerent, & poſito, ante unum vel alterum Seculum alia nonnulla ad illa loca ſeu Jura Galliæ in Inſtrumentis Pacis ceſsa, de quo haud conſtat, pertinuiſse, ex eo tamen inferri nequit ea tempore concluſæ Pacis, præprimis alio tunc poſſidente ad illa adhuc ſpectaſse, cum nihil amplius ceſsum ſit, quam

quam quod dicto tempore à Sereniſſima Auſtriaca Domo poſseſsum fuit, nec ſub dependentiarum qualicunque tandem nomine, Status Imperii & immediati intelliguntur, multo minus transferuntur, cum Status Imperii ab aliis Statibus ità minimé dependeant, ſed ſinguli per ſe ſubſiſtant, longè etiam iniquius foret, Status immemoriali & plurium Seculorum poſſeſſione innixos, ad editionem titulorum ſuorum, contra omnia Jura cogere, hoc enim modo, totius Orbis Poſſeſſiones, & rerum Dominia incerta redderentur.

Accedit porrò quod nec omnia illa Territoria & loca, quæ nunc ſub titulo dependentiarum Alſatiæ, aut Præfecturæ Hagenoenſis, à Sereniſſimo Domino Electore Palatino itemque à Sua Serenitate & Reverendiſſimo Domino Epiſcopo Spirenſi ſub Prætextu Weiſſenburgenſium dependentiarum, & ita dicti Mundat prætenduntur, & minis & armis occupata ſunt, ſed nec ipſa quidem Præpoſitura Weiſſenburgenſis, in Alſatia ſita, nec pro ejusdem parte unquam habita fuerit, idque inter alia ex ipſo ſupra citato §. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus 87. evidentiſſimè probatur, ubi pleraque atque utriusque Alſatiæ membra (tanquam Status Imperii) à ceſso Landgraviatu diſtincta, non modo nominatim deſignantur, Palatinatus & Weiſsenburgenſis Præpoſituræ Territoria autem, tanquam non ad Alſatiam ſpectantia, prorſus omittuntur ſed & Inſtrumenti Pacis Textus longè aliud, tam de Palatinatus, quam Epiſcopatus Spirenſis, & dictæ Præpoſituræ Weiſsenburgenſis Territoriis ac Juribus reſtituendis transactum fuiſse notoriè teſtantur; Palatinatum enim quod concernit lege publica in §. Deinde ut inferior &c. 14. conventum eſt, quod ille totus cum omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis, & Secularibus bonis Juribus & Appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos, Electores, Principesque Palatini gaviſi ſunt plenariè reſtituendus ſit, quod etiam de reliquis Dominis Comitibus Palatini Rheni, Pace Oſnabrugenſi Artic. 4. §§§. Princeps &c. 20. 21. & 22. nominatim ſtipulatum reperitur dictos ſcilicet Comites Palatinos in omnes Ditiones, Dignitates & Jura ac in ſpecie Dominum Leopoldum Ludovicum in Comitatum Veldenz ad Moſellam, tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis, contra omnia Attentata, in eum Statum, quo Anno 1624. ejusdem Dominus Parens fuit, reſtituendum eſse, neque minus de Comitibus de Naſsau, Hanau, Leiningen, Dachsburg, liberaque Imperii Nobilitate aliisque Imperii Statibus, ſupra citata Pace Oſnabrugenſi §. Comitibus Naſsau Saræpontanis &c. 30. & ſeq. expreſsè ſtatutum poſuit, idem quoque de Epiſcopatu Spirenſi & Præpoſitura Weiſsenburgenſi in §. Rex tamen præter &c. 77. pactum fuiſse ex ipſis conventionis Formulis conſtat, prout enim hæ præter protectionem præſidium & tranſitum in Caſtrum Philipsburg, omnes autem

m 3 alias

alias in Epiſcopatum Spirenſem prætenſiones verbis negativè conceptis Regiæ Veſtræ Majeſtati expreſsè adimunt, ita Univerſalibus affimativis manifeſtè diſponunt, quod ſcil. omnia, & quidquid omninò antiquitus in totius Epiſcopatus Spirenſis, Eccleſiarumque illi incorporatarum diſtrictu (qualis & quidem præcipua Weiſsenburgenſis à nonnullis retrò Seculis eſt) Epiſcopo & Capitulo competebat, & competere poterat, eidem quoque impoſterum integra & illæſa permanere debeant, quæ ſanè ſalva Weſtphalica & Neomagenſi Pace immutari, aut in alium ſenſum detorqueri, nullatenus poſsunt.

Ut autem de hac & non alia paciſcentium intentione, poſterioritati tanto melius conſtare poſset, illa Imperii omniumque Statuum conſenſu, eorumque nomine, ſingulari, ac publica declaratione ſcripto mandata, Regiæque Veſtræ Majeſtati, per literas die 28. Septembris Anno 1648. decenter tranſmiſsa fuit, pro ut præter Inſtrumenti Pacis ad fidem etiam Protocollorum omnium Actorum Publicorum provocamus neque enim Regiæ Majeſtatis Veſtræ Miniſtri huic tranſactioni unquam contradixerunt, quin potius ultra 30. Annos eandem bona fide agnoverunt, nec præter ſupradictum jam deciſum Juramentum, & Epiſcopatuum prætenſiones, ad amicabilem compoſitionem, certosque Arbitros jam pridem remiſsa quidquam poſtularunt, imò quod magis eſt, Regia Veſtra Majeſtas non ſolum in litteris reſponſoriis ad Sacrum Imperium, die 18. Septembris 1665. datis declaravit, velle ſe Miniſtris & Officialibus ſuis Regiis in Alſatia demandare, ut in omnibus actionibus ſuis, ſe ſe taliter exhibeant, ne ex parte Imperii ulla cauſa conquerendi ſupereſse poſſit, ſed etiam per evacuationem & reſtitutionem poſt Pacem Weſtphalicam & Receſsum Executionis Norimbergenſem abundè teſtatum fecit, in gravatos modo Status Imperii & immediatos nihil tale, quod jam exigitur, prætendiſſe, quod Pace inſuper Neomagenſi §. Juxta Pacem &c. 27. non modo repetitum, ſed etiam ibi conventum fuit, juxta ſæpè dictam Pacem Monaſterienſem in omnibus confirmatam, omnia loca reciprocè reſtituenda, eaque bona fide evacuanda, atque hunc in finem Commiſſarios, eodem tempore, quo tractatus utrinque ratihabebuntur, nominandos eſſe quod tamen ex parte Regiæ Veſtræ Majeſtatis executione hactenus caruit.

Aſſerunt quidem nunc demum Tribunalia Regia, que Metis & Briſaci, & non modo ratione Imperii Statuum ac Immediatorum, prorſus incompetentia ſunt, ſed & Judicis & actoris partes, ſimul, excluſis cœteris compaciſcentibus, ſuſtinere conantur, omnia quæ ante nonnulla retro ſecula à dictis Epiſcopatibus nec non ſuperiori & inferiori Alſatia, Præfectura Hagenoënſi, & Præpoſitura Weiſsenburgenſi dependiſse volunt Regiæ Majeſtati

Veſtræ

Veſtræ ceſsa, ideoque vindicanda eſse: Quoniam vero nuda iſta aſsertio omni Fundamento ac Probatione deſtituitur, ipſæque Pacis Tabulæ (ubi ſæpe dicti Epiſcopatus cum eorum diſtrictibus tantum, & Landgraviatus Alſatiæ, cum Præfectura Hagenoenſi duntaxat, nihil verò extra diſtrictus, neque tota Alſatiæ ceſsa deprehenditur) eandem manifeſtè impugnant, eique contradicunt, Regiæ Majeſtatis Veſtræ totiusque Europæ Judicia relinquimus, utrum Tribunalium iſta declaratio locum habere, atque ſub tali prætextu, Electorum Principum ac Statuum aliorumque Imperii Immediatorum Territoria, eorumque Jura ſimul abſorberi poſſint, cui ut aſsentiamur ipſa ſanè fides publica, quam Patriæ & Poſteritati debemus, ipſaque actorum publicorum ratio prohibet. Præterea & querelam movent Domini Comites Palatini Bipontani & Veldentiæ nec non Comites à Naſsau, Hanau, & Rheingravii, ſe à Domino Epiſcopo Metenſi contra Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ expreſsam diſpoſitionem, in Eccleſiaſticis paſſim turbari, conqueruntur itidem ſummopere Sereniſſimi, Dominus Marchio Badenſis, & Domini Duces Würtembergiæ, ut Comites Mömpelgardenſes, ſimiliter & Dominus Princeps Salmenſis, pluresque alii quod ipſorum Territoria, una cum dependentiis à Regiæ Majeſtatis Veſtræ Milite contra manifeſtum Tenorem Pacis Weſtphalicæ Oſnabrugenſis detineantur ipſique pluribus ditionibus incompetenter exuantur, quarum reſtitutionem, nec non ut in Provinciarnm Suarum & Immedietatis poſſeſſione tranquillè relinquantur, juxta præfatum Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ §. Principes quoq; Würtembergici &c. 25. item §. Rheingravii &c. 35. inſtantiſſimè deſiderant, has itaque ſæpè dictorum Statuum Imperialium adeò graves querelas, præ cœteris quæ aliundè ex variis Imperii Regionibus magno numero audiuntur tanquam totius Sacri Romani Imperii cauſam, paulò prolixius exponere neceſſum duximus, quò ſanè libentius ſuper ſediſsemus, niſi tranquillitatis ac pacis publicæ neceſſitas, ipſaque cauſæ juſtitia idquam maximè poſtulaſset.

Verum, cum de Regiæ Majeſtatis Veſtræ Juſtitia & æquanimitate optima quæque ſperemus vixque credibile ſit, ipſam tot, tantaque Miniſtrorum ad officialium ſuorum paci contraria facta approbaturam, ulteriusque permiſſuram eſse, eandem hiſce decenter & inſtantiſſimè rogamus, ut controverſias quæ ratione Feudorum olim ab Epiſcopatibus ceſſis dependebunt, nec non Civitatum Imperialium, quæ Præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, ad amicabilem compoſitionem arbitriumque hiſce in Comitiis jam dudum conſtitutum (remotâ omni armorum vi) denuò remittere cœteros vero Sacri Romani Imperii Electores, Principes ac Status, ubicunque ſitos partâ ſuâ libertate &

Imme-

Digitized by Google

Immedietatis Juribus, imposterum quietè uti, fruique, permittere, nec non gravatos, tam in Eccleſiaſticis quam in Politicis, cœterisque eorum juribus reſtituere, omneſque Paci haud convenientes actus, Officialibus ſuis Civilibus & Militaribus ſeriò inhibere, atque hoc ipſo comprobare placeat, quod juxta proprium crebrrimæ declarationis ſuæ ſenſum Sacri Romani Imperii pacem inconcuſsam ſervare ſimul ac juſtis his noſtris deſideriis locum dare velit.

Quæ omnia ut tranquillitati publicæ, nec non Inſtrumentis Pacis & Regiæ Majeſtatis Veſtræ ſæpius repetitis ſincerationibus & Fidei pactorum, quam maximè conveniunt, ita & illorum Sedula Obſervatio in immortale Regiæ Majeſtatis Veſtræ Decus & Gloriam cedet cui omnia Fauſta ac Salutaria apprecamur, eique nos impensè commendamus; *Ratisbonæ* ex Comitiis die 27. Julii 1680.

Reg. Majeſt. Veſtr. Chriſtianiſs.

Humilimi

Sacri Romani Imperii Electorum
Principum & Statuum, Conſiliarii &
Legati ibidem congregati.

Num. LXIV. Lit. A.

Communiquee par le Directoire de Mayance le $\frac{\text{22. Octobre.}}{\text{1. Novembre.}}$ 1680.

Reſponſe du Roy de France ſur la lettre du Congres de l'Empire aſſemble à Ratisbonne.

NOus avons receu la lettre, que vous nous avez eſcrite le 27. Juillet, au ſuiet de ce, qui a eſté fait, par nos Officiers, pour nous mettre en poſſeſſion des lieux qui nous appartiennent. Et nous ne pouvons attribuer ce qu'elle

qu'elle contient, qu'au peu de ſoin, qu'ont eu ceux, que vous avez employez dans les Conferences de Nimegue, de vous rendre Compte de ces Principales difficultez, qui ont eſté ſi long temps agitées dans cette Aſſemblée & qui ont eſté en fin heureuſement terminées par le Traitte de Paix que vous avez ratifié. Ce n'eſt auſſi que par le deſir, que nous avons le maintenir, que nous voulons bien vous faire voir, que les lieux & droits, dont nos Officiers ſe ſont mis en Poſſeſſion, par nos Ordres, appartiennent, ſi legitimement, à noſtre Couronne, qu'on ne peut plus les revoquer en doute, ſous le nom des Eſtats de l'Empire, ſans bleſſer la Reputation, qu'ils ont tousjours cherement conſervée de garder inviolablement leurs Pactes & Promeſſes, & ſans manquer à la bonne foy. des Conventions les plus Solennelles & les plus Sacrées qui puiſſent jamai aſſeurer la tranquillité publique.

Il eſt vray, qu'encore que l'Empire, nous ayt clairement cedé & transporté, par le Traitté de Münſter tous les pais & droits, dont nous ſommes en Poſſeſſion. Neantmoins ſous pretexte de certaines Propoſitions d'Arbitrage auxquels nous avions d'autant plus librement donné les mains, avant la guerre, que nos droits eſtants inconteſtables, nous ne pouvions pas nous imaginer qu'on y pût donner aucune atteinte. Et que nous promettions pour lors de noſtre acquieſſance la conſervation de la bonne intelligence que nous avous toûjours ſoignoiſement cultivée avec toute l'Allemagne; Vos Plenipotentiaires ont fait dans l'Aſſembleé de Nimegue, deux demandes, & de bouche & par eſcrit, qui tendoient, à aneantir les plus avantages, que la Paix de Münſter, nous ait laiſſé, & plus ſolides moyens de la maintenir. Dans l'une ils denominoient toutes les Villes & lieux, qu'ils pretendoient ſouſtraire à noſtre Souveraineté, dans l'autre ils renouvelloient cette méme Propoſition d'Arbitrage d'autant plus inutile, qu'il n'eſtoit plus queſtion que de finir par la Paix toutes les differences qui la pouvoient troubler. Ils ont neantmoins inſiſté fortement ſur ces deux points pendant, pres de ſix ſemaines de Conferences avec nos Ambaſſadeurs, & rien n'a eſté obmis de part & d'autre, de tout ce qui pouvoit eſtre allegué pour & contre nos juſtes Pretenſions. En ſorte que ces nouvelles difficultez formeés par vos Plenipotentiaires, quoy que ſans Fundaments auroient perpetué la guerre dans l'Empire, quelque deſir, que nous euſſions de la finir, ſi les Miniſtres & Deputez des Princes, qui en ſuffroient le plus, n'euſſent en fin obtenu de ceux, que vous aviez employé, à ce grand ouvrage l'abondon nement d'une conteſtation, ſi peu raiſonnable, & qu'ils ne pouvoient ſouſtraire plus long temps ſans s'expoſer à des pertes infiniment plus conſiderables, que ce que la Juſtice les obligeoit, de laiſſer à noſtre Couronne.

H Per-

Perſonne ne peut donc diſconvenir que c'eſt ce deſiſtement de leur, qui a fait la Concluſion de la Paix, dont toute l'Europe jouit à preſent. C'eſt auſſi pour Procurer un ſi grand bien, qu'apres avoir rendu à l'Eſpagne tant de places importantes, qui faiſoient le Principal fruict de nos conqueſtes nous avons auſſi executé de bonne foy, tout ce, qui avoit eſtoit promis en noſtre nom en faveur des Eſtats de l'Empire, tant par le traité du 5me Feurier 1679. que par la convention ſigneé le 17. Juillet pour l'Execution de ce meſme traitté, & non ſeulement nous avons retiré nos Trouppes des Electorats & Pays denommez dans cette Convention, qui eſtoient occupez par nos armées, mais auſſy à peine avons nous aſſeuré la Paix de nos Alliez, que nous avons laiſsé dans une pleine & entiere liberté toutes les places & pais, qui nous eſtoient reſervez pour les ſecourir, ainſi nous ne pouvons croire, qu'apres avoir acompli ſi punctuellement tout ce, qui eſtoit de noſtre Obligation, vous vouliez encore eſcouter les meſmes pretextes, qui ont ſi long temps ſervi aux Conteſtations de Nimegue & qui ayant eſté ſupprimeés par la Paix ne peuvent plus renaiſtre, que pour la troubler, nous croyons au contraire, que repondant de voſtre part, aux ſinceres intentions, que nous avont touſjours eües, vous impoſerez ſilence à ceux, qui veulent rompre ces liens d'amitié & de bonne Correſpondance, par des plaintes peu convenables à la bonne foy, avec laquelle vous avez approuvé, tout ce qui c'eſt paſſe à Nimegue. Si neantmoins outre les Villes & lieux, que nous avons touſjours declaré, nous appartenir en conſequence de celuy de Münſter. Il ſe trouve quelque Prince ou Eſtat, qui croient luy en avoir eſté oſté d'autres, ſur les quelles nous n'ayons pas de juſtes pretenſions, nous entrerons d'autant plus volontiers dans la reviſion de ce, que nos Commiſſaires auront prononcé, que nous ſerons touſjours bienaiſes de concurrir à la Satiſfaction de nos voiſins, & de leur donner ſuiet de ſe loüer de noſtre equité, nous pouvons meme dire, que la tolerance que nous avous eüe pour les emportenances de ceux, qui ont voulu vous donner de ſiniſtres impreſſions, de nos deſſeins, & qui n'ont gardé aucune meſure dans les invectives & les intrigues, qu'ils ont faites de tous Coſtez contre nous, eſt une preuve de plus convainquantes de la forte inclination, que nous avons de maintenir la tranquilité, dont vous jouiſſez à preſent, & à laquelle nous contribuerons touſjours de noſtre part, ſur ce nous prions Dieu, qu'il vous ayt tres chers, grands Amys alliez & confederez en ſa Saincte Garde. Eſcrit à Verſailles le 20. Jour d'Octobre Anno 1680.

LOUIS.

A nos tres chers grands amys Alliez & Confederez les Electeurs Princes & Eſtats de l'Empire aſſemblez à Ratisbonne, ou en leur abſence à leur Deputez.

Num.

Num. LXIV. Lit. B.

RESPONSUM ANGLICUM

Ad

Literas Imperiales

In Puncto

Contraventionum Pacis.

CAROLUS Secundus, Dei Gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ Rex, Fidei Defenſor, &c.

EMinentiſſimis, Sereniſſimis, Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis Dominis Electoribus, Principibus, Statibusque Sacri Romani Imperii, eorumve Legatis, Ablegatis & Deputatis in Comitiis Ratisbonenſibus jam congregatis, reſpectivè Conſanguineis, & Amicis noſtris Chariſſimis Salutem! Eminentiſſimi, Sereniſſimi, Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, Domini Electores, Principes Statusque Sacri Romani Imperii, eorumve Legati, Ablegati & Deputati, reſpectivè Conſanguinei & Amici noſtri Chariſſimi. Gratiſſimæ nobis fuère veſtræ Literæ, in Comitiis Veſtris Ratisbonæ habitis 27. die Julii proximè præteriti, datæ, quibus nos certiores facitis, Sacri Romani Imperii (Suffragiis veſtris ritè repræſentatum) Officia noſtra Mediatoria recordatione tàm ſolenni recolenda cenſuiſſe, nobisque adeò amice gratulandum duxiſſe, quòd ex Pacificatione Noviomagenſi tranquillitas publica (quam unicè in Votis & tunc habebamus, & ſemper habebimus) per haſce Europæ partes reſtaurata ſit, ſolicitudine verò juſtâ pariter ac gravi commovemur, eò quòd circa Tractatum Imperium inter & Galliam

Noviomagi nuper concluſum, Difficultates ſimul & Controverſiæ complures recens obortæ ſint, & in dies oboriantur, quæ quidem eò acerbiùs Animum noſtrum afficiunt, quòd à viâ facti nonnullis in locis vix & ne vix quidem temperatum ſit, quòdque ſatis perſpectum habeamus, à Tractatus iſtius Legibus (quibus Pacificatio Weſtphalica renovata & confirmata ſit) haud quaquam recedi poſſe, quin eâdem Opera Poſſeſſionum Jura, limitesque Sanctiſſimo Intuitu, per Pacta Weſtphalica poſitos & ſancitos, conturbari neceſſe ſit, & quod inde ſine dubio ſequetur, lites, contentionesque per Sacrum Romanum Imperium fieri Immortales. Cùm verò Rebus in hoc Cardine verſantibus nobis viſum ſit, Officia noſtra torius Sacri Romani Imperii nomine requirere, prompto quidem Animo veſtris in hac parte Votis annuimus, omnemque Operam adhibebimus, ne Deſideriis adeò Juſtis & Solennibus vel minimum deeſſe videamur, ea quippe nobis & Regiis Anteceſſoribus noſtris cum Sacro Romano Imperio ſemper interceſſit Amicitia, ut Electorum, Principum ac Statuum plerisque neceſſitudine aliquâ propius accedamus, aliis quidem Sanguinis Conjunctione, aliis Affinitate & Fœderibus antiquis, cum Regiâ noſtrâ Domo initis, aliis Amicitiæ intimioris Religione, omnibus verò communi illo vinculo, quó ſit, ut omnium pariter ac ſingulorum interſit, ne Pax Generalis, jam reſtaurata, novis Diſcordiis debilitetur, nedum ex Violatione Pactorum Noviomagenſium, quibus nupera Bella, & Diſſidia compoſita, conventaque Weſtphalica renovata ſunt, Tranquillitas publica interturbetur; Officia autem noſtra vobis in hac parte deberi, libenter agnoſcimus, imò etiam & Guarantiam Pacis Imperium inter & Galliam reſtitutæ, ſi quando ad eam præſtandam ritè ac decenter rogati fuerimus, quippe qui eâdem Religione, eodemque Zelo, quibus ad partes reconciliandos uſi ſumus, dum adhuc Mediatoris vices gereremus, Pacem jam coalitam conſervare, & manutenere uſque ſtudebimus. Quod ad Interceſſiones noſtras apud bonum Fratrem noſtrum Regem Chriſtianiſſimum;

mum, attinet, eas quidem in Principis Electoris Palatini, Conſanguinei noſtri Præchariſſimi (dum in vivis eſſet) Gratiam circa gravamina quædam, de quibus ipſe querelas apud nos depoſuerat, haud ita pridem inſtantia, qua par erat, interpoſuimus, idem etiam facturi, prout res poſtulaverat, in Gratiam aliorum Electorum, Principum, ac Statuum, quorum Gravamina in enarratione ſpeciali, Literis veſtris ad nos datis Adjuncta exhibentur; Ut verò Officia noſtra certiori juxtà ac luculentiori Particularium Caſuum Cognitione innitantur, quàm quæ ex Relationibus & Scriptis minus accuratis hauriatur, Virum aliquem expertum & idoneum ad nonnullos Electores & Principes ablegare ſtatuimus, ad illos præſertim, quos Poſtulationibus & Contentionibus ob Galliarum Confinia haud ſatis forſitan diſtincta propius exponi contingit, ejusdem Miniſtri noſtri Operâ & Diligentiâ de Origine & Statu Controverſiarum, quibus hodiè ardet illa Germaniæ Pars, quæ Rheno adjacet, clariùs nobis conſtabit, qui etiam Modos & Rationes, iis componendis maximè accommodas coram perſpiciet, unde nobis Occaſio dabitur (ut Spes eſt) Officia noſtra cum majori efficaciâ pariter ac ſucceſſu interponendi. Relationem autem Gravaminum ad nos, una cum Literis veſtris, delatam, Ablegato noſtro in Aula Gallicâ reſidenti, ſtatim transmitti curavimus, ſeriò eidem mandantes, ut Nomen & Officia noſtra non ſolùm pro omnibus univerſim, ſed etiam pro ſingulis cujusque Cauſæ meritis interponeret. De cœtero apud nos certò ſtatuimus Sacrum Romanum Imperium in hac Re paratiſſimis Officiis adeſſe, utpote, qui Mediatoris ab omnibus recepti vices tot Annos ſuſtinuimus, quique nos Guarantiam noſtram præſtare eò magis teneri exiſtimamus, quod in Pactis Noviomagenſibus noſtræ Viciniæ, Amicitiæ & erga Pacem Generalem Studii Primarius reſpectus habebatur, dum ſtipulatum eſt, quòd omnes Reges, Principes & Respublicæ ſuper Executione & Obſervantia, tàm omnium quàm ſingulorum, quæ in Tractatu Cæſareo-Gallico continentur, Partibus

tibus paciſcentibus Guarantiam præſtare poſſent; Etenim Officii noſtri eſſe cenſemus, erga DEUM optimum maximum, erga Principes Vicinos, atque etiam erga Subditos noſtros, Pacem Imperium inter & Galliam, quantum in nobis eſt, tueri, & illibatam ſervare; cùm in hanc pacem tanquam in baſin ſuam Pacificatio Weſtphalica juxta ac pacatus, quô jam fruitur Europa, Status incumbat & nitatur, quæ ſi labefactetur, Vicinorum Tranquillitatem novo Bello quaſſari, vel in maximum Diſcrimen adduci, neceſſe eſt. De cætero DEUM Optimum Maximum ex Animo precamur, ut Conſiliis & Conatibus veſtris adeſſe velit, ad tuendam Sereniſſimi & Potentiſſimi Imperatoris ac Sacri Romani Imperii Salutem & totius Chriſtiani Orbis Tranquillitatem. Dabantur in Palatio noſtro de Wittehall. 18. die Menſis Octobris Anno 1680. Regnique noſtri Triceſimo Secundo.

Veſt. reſpectivè

Bonus Conſanguineus Amicus

CAROLUS, Rex.

L. Jenckins.

Num. LXV.

Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum *Ad* Sacræ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ

Literas

Literas Reſponſorias, datas Verſaliæ
Die X. Octobris M DC LXXX.

Ulterius Reſponſum.

Datum Ratiſbonæ die VII. Febr. M DC LXXXI.

Sereniſſime ac Potentiſſime REX
Chriſtianiſſime, Domine Clementiſſime.

Literas Reſponſorias Regiæ Majeſtatis Veſtræ ex Arce Verſalienſi decimâ nuperi Octobris datas, eâ quâ par eſt Veneratione accepimus, & ex illis intelleximus, eſſe, qui Regiam Majeſtatem Veſtram ſiniſtrâ opinione imbuant, quod omnia quæ in Imperio per Regiæ Majeſtatis Veſtræ Officiales de facto & vi Militari occupantur, ab Imperio Pace Weſtphalicâ Coronæ Gallicæ dare ceſſa, & eidem in Tractatu Pacis Neomagenſis, poſtquam à Cæſareis Legatis præcipua eorum Capita in Controverſia revocata fuiſſent, tandem tamen aut renunciata, aut relicta ſint. Utrumque certe ita erroneum eſt, ut Æquanimitas & Juſtitia Regiæ Majeſtatis Veſtræ nobis omnino polliceatur, non concredituram ſe iis Gloriam nominis ſui, Sanctimoniam publicæ Fidei & Tranquillitatem Chriſtiani Orbis, ſi de rei ipſius Veritate plene eſſet informata.

Nam quantum inprimis Pacem Weſtphalicam attinet, ſi placuiſſet Regiæ Majeſtati Veſtræ adeo reflectere, quæ litteris noſtris 27. Julii nuperi prolixius deduximus, cognoviſſet certe tantum abeſſe, ut quicquam eorum Coronæ Galliæ, quæ nunc noviter in Imperio occupat, Pace Weſtphalicâ ceſſum ſit, ut pleraque in ipſiusmet Pacis Inſtrumento ab iis, quæ Galliæ ibidem ceſſa leguntur, clare potius & nominatim excepta; Multa Dominis, quibus ea nunc eripiuntur, virtute iſtius Pacis Regiâ Majeſtate Veſtrâ tunc inprimis annitente reſtituta, multa Vigore Receſſus Norimbergenſis-Pacis Weſtphalicæ executivi Imperio reddita; omnia uſque ad poſtremos motus ſarta tecta conſervata ſint, iidemque Status in quos Regia Majeſtas Veſtra nunc Regiam Superioritatem ſibi adſtruit, 30. & ultra à Pace Weſtphalicâ Annis, interruptâ nunquam Poſſeſſione ad Comitia Imperii vocati, in illis, præſente nec contradicente Plenipotentiario Regiæ Majeſtatis Veſtræ, Suffragii & Seſ-

ſionis,

ſionis, adeoque omnibus Immedietatis Juribus ſemper gaviſi ſint, ad Collectas Imperii contribuerint, in contentioſis nulla quam Dicaſteria Imperii agnoverint, imò Regia Majeſtas Veſtra cum illiſmet tanquam cum immediatis Imperii Statibus hactenus ſemper tractarit, Fœdera inierit, in ipſo Pacis Weſtphalicæ Inſtrumento liberum Militis ſui per Alſatiam tranſitum, Fortalitii Benfeldani in Alſatiâ demolitionem, Civitatis Tabernarum Neutralitatem Pacta ſit, & cum Anno 1681. Regia Majeſtas Veſtra Dominum Comitem de Harcourt Primum Præfectum Hagenoenſem conſtituiſset, ipſamet in Literis (probante Copia ſub Numero 1.) teſtata ſit, Landgraviatum Alſatiæ tantum cum protectione Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ceſſum fuiſſe, imò dictas Civitates paſſim non ut Subditos, ſed ut Status Imperii habuerit, ipſisque Conſervationem Immedietatis ſancte promiſerit: Cumque Anno 1661. tam longo poſt Pacem Weſtphalicam tempore, prædictis Unitis Decem Civitatibus Imperialibus Alſatiæ, neque tunc quidem de Statu Immedietatis, ſed de ſola Forma Juramenti, ratione Præfecturæ Hagenoenſis præſtandi nova quæſtio oriretur, Regia Majeſtas Veſtra per Secundum ſuum Præfectum, Dominum Ducem Mazarini, præſentibus Suis Regiis Commiſſariis ſolenni jurejurando (juxta Formulam Numero 2.) ſtipulata ſit, quod dictas Civitates Imperiales contra omnem Injuſtitiam & Violentiam defendere, easque in omnibus ſuis Immedietatis Juribus & Privilegiis erga Imperium Romanum conſervare, neutiquam verò turbare velit; prout ex Reverſalibus juratis ſub Numero 3. prolixius patet; Deinde poſtquam Anno ſequenti à Curiâ Metenſi trium Epiſcopatuum, Metenſis, Tullenſis & Verodunenſis quondam Vaſallis Imperio immediatè ſubjectis, Controverſia moveretur, utraque non tantum intervenientibus Sacra Cæſarea Majeſtate & Imperio, ad Arbitros ex ipſomet Imperio utrinque electos remiſſa & partim jam deciſa ſit, ſed & Regia Majeſtas Veſtra per Plenipotentiarium ſuum Robertum de Gravel in hiſce Comitiis $\frac{13}{23}$. Septembris Anno 1667. in ipſo ſtatim limine Arbitrii, teſtantibus Actis, ſolenniter conteſtata ſit, non eam eſſe intentionem ſuam, ut Juramentum Fidelitatis quod vigore ceſſæ ſibi Præfecturæ Hagenoenſis à prædictis Civitatibus exigat, ita explicetur, ut Immedietati, quæ in Tractatu Monaſterienſi illis expreſſe reſervata ſit, ullo modo præjudicet. Eoque nemo certe ſine Injuria de Regiæ Majeſtatis Veſtræ Juſtitia & Æquanimitate præſumere poteſt, quod nunc eas ipſas Civitates, uti & reliquos Alſatiæ Ordines, Landgraviatu Alſatiæ qui Coronæ Gallicæ ceſſus eſt, diſtinctiſſimos & à ceſſione in ipſo Inſtrumento Pacis nominatim exceptos, cum pluribus aliis Immediatis Imperii Statibus, etiam iis, quos Pax Weſtphalica & Receſſus Noriber-

Digitized by Google

ribergenſis ejusdem executivus in ſua Territoria & Jura tam clare reſtituit, ejuſdem Pacis obtentu ſibi vindicare velit.

Æque fragile eſt alterum Fundamentum quod à Tractatu Neomagenſi accerſitur. Nam, ut ex ejusdem Actis conſtat, à Regia Majeſtate Veſtrâ pro omni Conditione reſtabiliendæ cum Imperio Pacis, ſolam reſtitutionem Weſtphalicæ poſtulatam, ita ex ejuſdem Pacis Inſtrumento evidens eſt, ſolâ Friburgi cum Philippiburgo commutatione exceptâ, in reliquis Pacem Weſtphalicam pure confirmatam eſſe. Non ignoramus, tam à Cæſarea, quam Regiæ Majeſtatis Veſtræ Legatione Articulos hinc inde plures propoſitos eſſe, quam Inſtrumento Pacis poſtea inſerti ſint, quo prætextu Regia Veſtrâ Majeſtas quam maximè inniti, & tam enormem ceſſionem exinde etiam evincere velle videtur; Sed ea omiſſio adeò neutri partium renunciationis inſtar viſa eſt, ut Regia Majeſtas Veſtra eorum aliquos ab ejusdem Legatis propoſitos, licet ex Tabulis Pacis omiſſi ſint, effective tamen executioni demandarit; Ut taceamus, quod Legatio Cæſarea Articulum octavum projecti ſui de Controverſiis ibi nominatis ad placitum ante hac Arbitrium remittendis, non ante nec aliter remiſerit, quam, poſtquam Legati Regiæ Majeſtatis Veſtræ, qui hactenus conteſtati fuerant, ſed de eo Arbitrio nec informatos nec inſtructos eſſe, tandem per Mediationem Anglicam 30. Decembris 1678. vigore Extractus Protocolli ſub Numero 4. expreſse declaraſſent, à Regia Majeſtate Veſtra nihil novi aut aliud Juris in Status & loca in prædicto Articulo nominata prætendi, quam quod eidem Pace Weſtphalica acquiſitum ſit; Quæ cum Pacis Neomagenſis Fundamentum factura præſupponeretur, Articulum hunc omitti poſſe. Et ne locus eſſet, ex iſta omiſſione renunciationem aut qualemcunque deſiſtentiam arguendi, Legatio Cæſarea ante ſubſcriptam Pacem coram Mediatione & ipſiſmet Regiæ Majeſtatis Veſtræ Legatis Verbis & Scriptis ex ſuperabundanti interpoſita proteſtatione expreſse cavit, ſtatimque poſt Pacem hinc inde ratihabitam, inter alia etiam ea ipſa loca Articulo prædicto nominata à Legatis Regiæ Majeſtatis Veſtræ nomine Imperii inter reſtituenda & evacuanda repetiit, prout ex actis clarum eſt, & adjacens hic Dictorum Legatorum Cæſareorum recenſio facti ſub Numero 5. uberius habet, ita ut non appareat, quo tandem Fundamento ex prædicti Articuli omiſſione tam enormis tot tantorumque Statuum ceſſio inferatur. Nullum certe illius in Inſtrumento Pacis Veſtigium eſt, &, cum ex omni jure conſtet, ea, quæ ante Transactionem, & re adhuc integrâ inter tranſigentes dicuntur & aguntur, dicta pro non dictis, acta pro non actis haberi, ideoque non ex illis aut antecedentium congreſsuum diſceptationibus, ſed ex ſolo Tenore

O Inſtru-

Digitized by Google

Inſtrumenti ſecutæ Pacis, quid ea tandem tranſactum ſit, doceri oportere, ad illud unum recurrendum eſt, neque enim quicquam aliud à Sacra Cæſarea Majeſtate & Imperio aut à Regia Majeſtate Veſtra ratihabitum fuit, quam ipſæ Pacis Tabulæ, uti exemplaribus Ratificationis hinc inde verbotenus inſertæ ſunt, & conſequenter ex ſolæ paciſcentes obligant: Jam vero cum in Tabulis Pacis Neomagenſis in omnibus & ſingulis Pax Weſtphalica pure confirmata ſit, niſi quatenus eidem per Neomagenſem expreſſe derogatum eſt, tota res eò redit, ut alterutrum doceri debeat, aut factam eſse in Pace Weſtphalica ceſſionem, quæ prætenditur, aut quoad eam ceſſionem per Pacem Neomagenſem Weſtphalicæ expreſſe derogatum eſse. Cum autem ex literis noſtris 27. Julii nuperi ad Regiam Majeſtatem Veſtram datis (quarum contenta in omnibus hic repetuntur) & hiſce ſupra clare oſtenſum ſit, quam nihil eorum Pace Weſtphalicâ Coronæ Gallicæ ab Imperio ſit ceſſum, neque in toto Inſtrumento Pacis Neomagenſis ullum ejusmodi ceſſionis veſtigium aut mentio, multo minus Paci Weſtphalicæ quoad hæc quicquam expreſſe derogatum inveniatur, ut potius Artic. 27. ejusdem claris iterum Verbis repetatur, ſimpliciter juxta Pacem Weſtphalicam in omnibus & ſingulis Artic. 2. confirmatam, reciprocè omnia bonâ Fide reſtituenda & evacuanda eſse, imò & Dominus Epiſcopus Argentinenſis unus ex Ordinibus Immediatis Imperii in Alſatia in ipſo Tractatu Neomagenſi à Regia Majeſtate Veſtra inter amicos & confœderatos habitus, & eodem inprimis urgente in priſtinum Statum Jura, Seſſiones, Vota & alia quæcunque, quibus ante deſtitutionem gaviſus fuerat, reſtitutus ſit; Conſequens porro eſt, reliquos in Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, ſub eadem diſpoſitione, verbis & re comprehenſos, eadem quoque reſtitutione, Immedietate & Juribus uti frui debere, adeoque Regiam Majeſtatem Veſtram de ejusmodi prætenſa ceſſione aut deſiſtentia, utpote quæ neutra Pace, adeoque nullo plane Fundamento nititur, nimis ſiniſtre ſane informatam eſse. Id autem minus capimus, quod dictæ ceſſioni aut deſiſtentiæ aſtruendæ in præfatis Regiæ Majeſtatis Veſtræ literis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Imperii Ratificatio allegetur, cum in Senatus Conſulto Statuum Imperii Regiæ Majeſtatis Veſtræ Legatis unà cum exemplari Ratificationis Cæſareæ, quæ ad illud ſe expreſſe etiam refert, ex tradito, interpoſita à Legatione Cæſarea prædicta proteſtatio & reſervatio clariſſime repetita ſit.

Non immerita certe Laus & Gloria eſt, quam Regia Majeſtas Veſtra in ſuiſmet Literis Imperatori & Imperio adſcribit, ob Religionem in obſervanda, uti ea ratihabita eſt, Pace, neque enim quisquam hactenus extitit, qui ab illis, vel in ea obſervanda bonam fidem, vel in exequenda promptitudinem

deſi-

Digitized by Google

deſideraret, cui, ſi eadem bona fide & promptitudine à Regiæ Majeſtatis Veſtræ Miniſtris reſponderetur, non foret hiſce tum antehac deductis, tum novis & quotidie in Imperio ingraveſcentibus querimonniis locus.

Ceterum quod Regia Majeſtas Veſtra in ſuis literis Reviſionem denique eorum offerat, quæ à Commiſsariis ſuis contra gravatos Imperii Status pronunciata & armata manu occupata ſunt, non ita accipimus, quod Regiæ Majeſtatis Veſtræ mens aut intentio eſse poſſit, Ordines Imperii ad ſua Tribunalia, quorum in illos Juriſdictio notorie incompetens eſt, iterum evocandi, & ſumptis Actoris ſimul & Judicis partibus, explicationem Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, excluſis cæteris ipſius Conſortibus, contra ipſam Pacem ſibi ſoli vendicandi, verum eo quo par eſt, & congruo Regiæ Majeſtatis Veſtræ Juſtitiæ ſenſu, ſcilicet, ut Controverſiæ (prout inter diſsentientes moris eſt, & Regiæ Majeſtatis Veſtræ ante hac placuit) ad Arbitrium, gravatis Statibus interim in poſseſsionem Immedietatis, Libertatis & Jurium, qua de facto deſtituti ſunt, ante omnia, uti Juris eſt, reſtitutis, remittantur. Quæ ſi Regiæ Majeſtatis Veſtræ intentio ſit, uti id ab ejusdem Juſtitia & tam ſæpe ſanctè repetitis conteſtationibus ſperamus, Sacra Cæſarea Majeſtas (ad cujus mentem & intentionem hæc ſcripta ſunt) unà cum Imperio & Intereſsatis ejusdem Statibus admittent oblatam conditionem eò libentiùs, quò ſcimus, iis nihil eſse antiquius & nihil magis in Votis, quam conſtantem cum Regia Majeſtate Veſtra Pacis & ſinceræ Amicitiæ conſervationem, quæ cæteroquin ſublatis Fundamentis ſalva diu ſtare non poteſt, nec ab Imperio de facto tot & tanta ejusdem membra ſine totius Corporis convulſione avelli; Quapropter Regiam Majeſtatem Veſtram iterum itterumque decenter & inſtantiſſime rogamus, ut pro ſua Æquanimitate & Juſtitia, repetitisque toties conteſtationibus, ſemota vi, non ſolum Controverſias, quæ coram placito antehac Arbitrio tractata ſunt, ad illud remittere, ſed & Gravatos in poſſeſſionem Immedietatis, Libertatis & Jurium, qua hactenus præſenti turbatione excepta, gaviſi ſunt, ante omnia reſtituere, ab omni ulteriori violentia, nec non in terris Imperii fortalitiorum exſtructione; aliisque innovationibus abſtinere, & utramque tam Weſtphalicam quam Neomagenſem Pacem Sacram tectam inviolatamque eſse, & ſi quid in alios Imperii Status & Ordines, ſupra dicto Arbitrio non comprehenſos, ulterius prætendi poſse videatur, illud omne etiam (prævia tamen ſemper reſtitutione turbatorum) pari Juris & Arbitrii via intra certum tempus decidendum committere velit. Quo nihil certe facere poteſt, Regia Majeſtas Veſtra Deo gratius, nomini ſuo Glorioſius, & toti Chriſtiano Orbi exoptatius; de cætero Reg. Majeſt. Veſtram Divinæ protectioni commendamus, eidemque omnem Regiminis felicitatem ex Animo comprecamur.

O 2 Num.

Digitized by Google

Num. LXVI.

ARTICLES
Propoſés
Par les Preteurs, Conſuls & Magiſtrat
de la Ville
de STRASBOURG,
le 30. *Septemb.* 1681.
Avec la Ratification de Sa Majeſté.

LE ROY ayant donne Pouvoir au Sieur Marquis de Louvois, Conſeiller de Sa Majeſte en tous ſes Conſeils, Secretaire d'Eſtat & de ſes Commandements & Commandeur de ſes Ordres, & au Sieur Baron de Montclar, Lieutenant General des Armees de Sa Majeſte & Commandant pour Elle en Alſace, de recevoir la Ville de Strasbourg en l'obeiſſance de Sa Majeſte. Ils auroient accorde en ſon nom tout ce qui eſt contenu aux Apoſtilles des Articles propoſes par les Preteurs, Conſuls & Magiſtrat de la dite Ville de Strasbourg le 30. Septembre dernier ainſy qu'il en ſuit.

ARTICLES propoſés par les Preteurs, Conſuls & Magiſtrat de la Ville de Strasbourg le 30. Sept. 1681.

NOus Francois Michel le Tellier, Marquis de Louvois, Secretaire d'Eſtat & de Commendements de Sa Majeſte, & Joſeph de Ponts, Baron de Montclar, Lieutenant General des Armees du Roy, Commendant pour Sa Majeſte en Alſace, avons en vertu du pouvoir à nous Accorde par Sa Majeſte, pour recevoir la Ville de Strasbourg à ſon Obeiſſance, mis les Apoſtils cy deſſoubs, donc nous promettons fournir la Ratification de Sa Majeſte, & la remettre au Magiſtrat de Strasbourg, entre cy & dix Jours.

La

I.

Le Roy reçoit la Ville & toutes ſes dependances en Sa Royale protection.

LA Ville de Strasbourg, à l'Exemple de Mr. l'Eveſque de Strasbourg, le Comte de Hanau, Seigneur de Fleckenſtein, & de la Nobleſſe de la Baſſe Alſace, recognoiſt Sa Majeſte Tres-Chreſtienne pour ſon Souverain Seigneur & Protecteur.

II.

Accorde.

Sa Majeſte confirmera tous les anciens Privileges, Droits, Statuts, & couſtumes de la Ville de Strasbourg; Tant Eccleſiaſtiques que Politiques, conformement au traitte de Paix de Weſtphalie confirme par celuy de Nimegue.

III.

Accorde pour jouir de tout ce qui regarde les biens Eccleſiaſtiques, ſuivant qu'il eſt preſcript par le traitte de Munſter, à la reſerve du Corps de l'Egliſe de Noſtre Dame, apellee autrement le Dome, qui ſera rendu aux Catholiques, S. M. trouvant bon neantmoins qu'ils puiſſent ſe ſervir des chloches de la dite Egliſe, pour tous les uſages cy devant practiques, hors pour ſonner leurs prieres.

Sa Majeſte laiſſera le libre exercice de la Religion, comme il à eſte depuis l'Annee 1624. jusques à preſent, avec toutes les Egliſes & Eſcolles, & ne permettra, à qui que ce ſoit, d'y faire des pretenſions ny aux biens Eccleſiaſtiques, fondations & convents, à ſçavoir l'Abbaye S. Eſtienne, le Chapitre de S. Thomas, S. Marc, S. Guillaume, aux tous Saincts & tous les autres compris & non-compris; mais les conſervera à perpetuite à la Ville & à ſes habitans.

IV.

Accorde à la Reſerve que pour les cauſes qui excederont mil livres de France en Capital, on en pourra appel-

Sa Majeſte veut laiſſer le Magiſtrat dans le preſent Eſtat avec tous ſes droits, & libre Election de leur College, nommement celuy de Treize, Quinze, Vingt un, Grand & Petit Senat, des Eſchevins, des Officiers de la Ville & Chancellerie,

ler au Conſeil de Briſac, ſans neantmoins que l'appel ſuſpende l'Execution du jugement qui aura eſte rendu par le Magiſtrat, s'il n'eſt pas queſtion de plus de deux mil livres de France.

rie, des Convents Eccleſiaſtiques, l'Univerſite avec tous leurs Docteurs, Profeſſeurs, & Eſtudiants, en quelque qualite qu'ils ſoyent, le College, les Tribus, & Maiſtriſes, tous comme ils ſe trouvent à preſent, avec la Juriſdiction Civile & Criminelle.

V.

Accorde à la reſerve des Canons, munitions de guerre & armes des magazins publics, qui ſeront au pouvoir des Officiers de Sa Majeſte, & à l'esgard des armes appartenantes aux particuliers, elles ſeront remiſes dans l'hoſtel de Ville en une ſalle, dont le Magiſtrat aura le Clef.

Sa Majeſte accorde auſſi à la Ville que tous les revenus, Droits, Peages, Pontenages, & Commerce, avec la Douanne ſoient conſerves en toute liberte & Jouiſſances, comme elle les a eus juſques à preſent, avec la libre diſpoſition de la Pfenningthurn, & la Monnoye, des Magaſins de Canons, Munitions, Armes, tant de ceux qui ſe trouvent dans l'Arſenal qu'aux ramparts & maiſons de la Bourgeoiſie, des Magaſins des Bleds, vins, bois, charbons, ſuif, & tous les autres, les chloches, comme auſſi les Archives, Documents & Papiers de quelque nature qu'ils ſoient.

VI.

Accorde.

Toute la Bourgeoiſie demeurera exempte de toutes contributions & autres payements. Sa Majeſte laiſſant à la Ville tous les Impots ordinaires & extraordinaires pour ſa conſervation.

VII.

Accorde.

Sa Majeſte laiſſera à la Ville & Citoyens de Straſbourg la libre Jouiſſance du Pont du Rhein, de toutes leurs Villes, Bourgs, Villages, maiſons champeſtres & terres qui leur appartiennent, & fera la grace à la Ville de luy octroyer des lettres de

